



1. Drejeri f. Chr. / diff. de Conver-
sione Iudeorum, Regiomonti
1691.
2. Ecclestein / Gottlieb f. summi Drei
Magnatissimum, ex Gener. III.
v. 22. contra Iudeos, Wittenbergae
1685.
3. Edzardi f. Sebast. / diff. ex Philo-
logia Hebraica, Wittenbergae
1695.

JOHANNIS BREVERI,¹⁷

ISLEBIENSIS,

SS.Theol. & Phil. Doctoris, in Gymnasio Rig. quondam Eloq*v.*
& Histor. P.P. & Scholæ Cathedral. Inspectoris, ac postea S.S.Theol.
Prof. Primarii, & demum Regii Ecclesiarum Rigenium Su-
perintendentis & Petrinæ Pastoris, Consistorii
Assessoris Primarii,

B. M.

DISSERTATIO THEOLOGICA

DE

TESTAMENTIS DIVINIS,

ad illusrandum Oraculum Propheticum Jeremie XXXI. v. 31. seqq.

quam

DEO FELICITER ADJUVANTE
et consensu Venerandæ Facultatis Theologicæ Rostochiensis,

PRÆSIDE

SUMME REVERENDO, AMPLISSIMO atque EXCELLENTISSIMO,
DN. JOANNE FECHTIO,
S.S.Theol. Doct. & Prof. Publico longè Celebratissimo, Consistorii
Ducalis Assessor Gravissimo, Districtus Rostoch. Superintendente
Vigilantissimo, Facult. Theol. Scnior. & h. t. Decano maxime Spectabili,
Patrone, Preceptore, Hōspite, as in Christo Patre suo omni obsequio
ac pietate colendo,

in ACADEMIA, quæ est ad Varnum, perantiq*ua*
ab diem XIV. Novembr. anno MDCCV.
horis confvetis

IN AUDITORIO THEOLOGORUM MAXIMO
repetitavice

publico Eruditorum examini submittit
GEORGIUS CASPARI, Rigā. LIVONUS,
BREVERI Nepos.

ROSTOCHII, Typis NICOLAI SENNIGEROVII. Anno MDCCV.



JOHANNIS BREVERI

DISSEMINATIO THEOLOGICA
DE
TESTAMENTIS
DIVINIS
PER
GEORGIASTRABRIUS
URBANUM

Eximio atque Clarissimo Docto

**DN. GEORGIO
CASPARI, Rigâ-Livono,
SS. Theol. Cultori solertissimo,
S.P.D.
GEORGIUS HENRICUS
GOETZIUS, D.**

Ecclesiarum Lubecensum Superintendens.



Ignum laude est institutum eorum, qui, doctrinæ præsidiis instructi, publica eruditio specimina edunt, atque ingenii vires pericitantur. Hâc siqvidem ratione Doctoribus, qvos habent, publicis ex alle satisfaciunt, atque Patronorum Vota superant, ac spem de se conceptam felicissimè adimplent, aliisque exemplo sunt, ut eadem virtutis via ad gloriam graſſari instituant. Hinc verbis exprimere neq; veo, quanto gaudio perfusus undique reddar ac delibutus, cum mihi exhibeantur doctorum Juvenum Schediasma-ta, eruditè conscripta, magnâque cum ingenii felicitate defensa. Non solum enim libenter ea legere soleo atque recondere, sed alios etiam admoneo hortorve, ut pari ratione in publicum prodeant, atque erudito orbi Exercitationes selectas exhibeant. Hos inter TE quoq; refero, Conjuratissime mi CASPARI, qui haec tenus in alma Rosarum Academia diligentem studiis navâsti operam, atque erudita Meltemata publicâsti, qvibus tuam induſtriam, dñe dicendi ardorem singulis declarare studuisti. Et ecce, hoc, qvod nunc in cathedram producis, atque Com-

+ 103 (o) 50 +

Commilitonum ventilationi offers, Scriptum novâ ratio-
ne TE commendabilem reddit, qvippe qvi utilissima illa
doctrinæ cœlestis capita expendis diligenter, atqve à cor-
ruptelis malè sentientium liberare niteris. Et qvamvis il-
lud Te non autorem habeat, sed à beatæ recordationis
Theologo, D. Joh. Brevero, Avo Tuo optimo desideratis-
simoq; cuius merita Rigenſes grato adhuc deprædicant
ore, olim sit conscriptum, Tibi tamen laudem haud pro-
letariam afteret, qvod istud denuò in lucem publicam pro-
ferre, aliisq; non invidere, atq; pro virili tua, hoc est, mascul-
le & modeste defendere haud fueris dignatus. Quapro-
pter TIBI non immeritò de hoc animo gratulor, & Deum
precor, ut eundē TIBI servet imposterū, atq; novis succes-
sibus adaugeat subiode, & locupletet. Habes in Claris-
sima ad Varnum Academia Doctores peregregios, qvorum
usu & colloqvio magno cum doctrinæ augmento trueris.
Venerabiliem illum Fechtium innoou, à cuius ore diligenter
& qvotidiè pendes, mecumq; Divinum Numen veneraris,
ut hunc Virum Ecclesie suæ, huc usq; mirum in modum
conciusæ, conservet, atq; ab immittitum morborum insulti-
bus liberet. Habes Grapium meum, sub cuius ductu Contro-
versias, Theologicas, Exoticas, præcipue, examinas, Teq; ho-
noribus aliquando reportandis ritè præparas. Hos atqve
reliqvos, Grünenbergium & Krakevitziuum, Fautores meos
colendos, qvos cum Venerando Qvistorpio & Clarissimo
Arndio meo nomine salutes, sectare & imitare, ut in erudita
pietate magnos qvotidiè facere queas progressus. Deus Te
servet, conatibusq; Tuis reliquis adspiret ex gratia, quo Pa-
tria aliquando dulcissimæ, (qvam fortissimus ille JEHOVA
rueatur!) emolumento, ac Familiae Breveriano-Cappariane
ornamento esse possis. Vale itaq; & Memoriam Mei, Tesia-
cerè amantis, conseruare perge, atq; eruditæ Mulieres pro-
pediæ Eruditorum oculis lustrandas spectandasve exhibe.
Scribebam Lubecæ d. XXIII. Octobr. A. MDCCV.

+ 103 (o) 50 +

VIRO
MAXIME REVERENDO, AMPLISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO,
DOMINO
M. LIBORIO
Depkini/

Regio Ecclesiarum Rigenium Superinten-
denti, Consistorii Rigenis Assessori,
nec non ad D. Petri Pastori
Primario,

De singulis officiis præclarissimè merito ac merenti,

Affini atqve Patrono suo
ad eineres usq; devenerando

S. P. D.

GEORGIUS CASPARI,

Rigâ-Livonus,

S. S. Theolog. atqve Philosoph.
Studioſus.

Vir

¶ (2) ¶

VIR MAXIME REVERENDE.



Ccuratissimus ille librorum censor, Princeps Sophorum, Sapientum hujus avi, omnisque posteritatis miraculum, Salomon, quem ipsa sacra Oracula hocce mactant encomio, quod parem sibi non habuerit, (a) post ponderatam hominum vanitatem atq; labore partim inutilem ac frustraneum, partim molestum ac dolorificum, ac oblata contra eundem remedia, alias inter observationes tanquam maximè necessariam, libro suo jam colophonem impositurus, hanc quoque addit.

עשוה טפרים הרכת אין יפ' :

Facere libros multos non est finis. (b)

Hac de re suo jam conqvestus tempore, quid dicturus esset,

Si foret hoc nostrum fato dilatus in eternum? (c)

Non fuit mens Sapientissimi Regis, libros usu suo non carentes è manibus legentium excutere; alias enim ipsum Sacrum Codicem ex multis libris compositum, cuius scrutinium tamen omnibus ac singulis, tum in aliis sacris libris, tum in ipsis Salomonæ Scriptis commendatur, rejecisset, immo frustrâ plus Rex tot libros compoñuisse, si legi cosidè nollet. Quin potius inordinatum libros cumulandi modum perstringit, cum inveniat malos bonis mixtos, & illos hos numerò superantes, ut cupidus lector facilius in tractatum pestiferum, quam salubrem incidere possit. Et quid hodiè magis dolendum, quam in librorum bonorum copia majorem adhuc inutilium & noxiорum numerum deprehendi? Id propter meritò cavendum junioribus ac imperitioribus, ne à pernitosis sibi damnum attrahant, ne cessat.

(a) I. Reg. IV. v. 30. (b) Eccles. XII. v. 12. (c) HORATIUS Libr. I. Sermon. Satyr. X. v. 76.

cessarios vero imprudenter negligant. Quantum proh dolor! maximò cum Ecclesiæ nostræ scandalo possidemus scriptorum fanaticorum apparatus, qui profecto quam librorum veram ac sinceram doctrinam è verbo DEI haustam continentium longè major. Hi vero, quamvis pauci ac rari, Fanaticis sudes sunt in oculis; Quid enim ipsis magis solenne, quam Systemata & Compendia nostra Theologica incusare ac contemnere, eosque, qui ea adhuc emendata & aucta divulgari curant, aut recentiora & novissimis controversiis instructa conscribunt & litterato orbi comunicant, odisse? cum tamen ipsi Postillas conscribere non desinant, quarum tamen longè major copia habetur, (d) ac minor usus est. Qvodisi Bibliopolia nostra adimus, sapissime etiam librorum vix est finis, utilissimos vero tractatus paulò antiquiores sapè frustra quærimus & interdum adeò raros esse experimur, ut vix ac ne vix quidem in una alterave Bibliotheca inveniantur. Adeò novarum rerum curiosi homines antiquiora, in quibus quandoque plus boni succi latet, negligunt. Quamvis autem libri & tractatus ob famam Authorum vel lucrum bibliopolarum interdum recudantur, nihilominus disputationes tristia quam sapissime illa fata manent, ut murium ac vermium fiant pabulum, ac postea earum copia non detur. (e) Laudabilis hinc est opera Magnifici Dn. D. JOH. FRID. MAYERI, Praefulsi Pomeranorum Meritissimi, qui non ita pridem Theologi quondam Lipsiensium Consummatissimi, D. Henrici Höppneri Dissertationem de Actibus fidei justificantis, quatenus illa justificat, (f) & recentissime Ejusdem Meditatio-

- (d) Si quidem vel solus D. Spenerus 20. vel 30. scripsit.
- (e) Dignum laude est institutum eorum, qui Veterum Theologorum scripta, squalore obsita, & blattis ac tineis exposta, in lucem publicam protrahere, atque ab interitu vindicare, allaborant. Hac siquidem ratione antiqua ipsorum fides ac pietas, indefessusque labor ac Zelus pro veritate Evangelica suscepimus, eò magis innotescere solent singulis, quò majorem promerentur admirationem.
- (f) Dissertationem hanc destinaverat quondam B. Höppnerus Actui Promotionis, quando anno 1640. d. 30. Septembris Webero, Grossio, Auerbachio, Bulao. atque

rem de Advocatione Spiritus Sancti ex tenebris iterum in usus publicos protraxit, atque publicæ ventilationi in Academia Gryphiæ exposuit. (g) Utinæ laudabile hocce exemplum & alii imitentur, ac disputationes eruditæ, quæ hodiè amplius redimi non possunt, erudito orbi communicent. Ut enim alia taceam, id propter æstimandæ sunt, quia omni tempore unicum veritatis propugnandæ, conservandæ, & salutis Ecclesiæ promovendæ medium fuerunt. (h) O miserum illum Ecclesiæ statum,

atque Höfero supremum in Facultate Theologica gradum conferret, sed tempore quoniam excludebatur, tum habita quidem non fuit. Postea vero B. Dr. Joh. Benedictus Carpzovius, Theologus pariter Lipsiensis edecimatus, & genuinus Disciplina Höpfnerianæ Alumnus, Ejusdem Manuscriptorum heres, sum ex voluntate Facultatis Theologicas publicas in Librum Psalmorum lectiones, quas inchoaverat B. Höpfnerus, ob mortem autem intervenientem non absolverat, continuaret, Commentationibus in Psalmum nonagesimum primum eandem subjunxit. Vid. Nov. Liter. Lubec. anni 1704, mense Novembr. p. 328.

(g) Est illa Meditatio seu Oratio anno 1617, publicè in Acad. Lipsiensi recitata, & ab eodem Carpzovio, in Dissert. Isagog. in Chemnitii Lipsie 1704, evulgatis, p. 478. commendata. Vid. Nov. Liter. Lubec. 1705, mense Julio, p. 206.

(h) Oppenheimum hoc certè 1615 Dialetikon patetis fanaticis, in primis eorum Coryphæo M. Valenti, Weigelio, Pastori quondam Zschopaviensi, qui sub initium præfationis, libello suo disputatorio præmissæ, hæc interserit: Ich schreibe allhie ein Disputir Büchlein aber nicht der Meinung als könnte man die Wahrheit durchs disputiren erlangen und erlernen / denn natürlich menschlich disputiren ist diesem Studio also nütz / als der Teuffel der heil. Kirchen. William Caton, qui perfectam jaetacta rebus suorum fratribus intelligentiam, in suo tractatu, quem inscripsit Mareslyke Ondersucker, Amsterdam, 1669. edit. p. 10. ad questionem: Warumb Sie (Qvacker) nicht gesinnet zu disputiren/ dann woferne die Wahrheit an ihren Seiten ist/ so können Sie ja wohl ihre Gegensther mit disputiren überwinden/ etc. ita responderet: Da ist so viel disputirens in der Welt/ welches doch allzu mahl unnuß ist/ also/ daß es eine grossi Gnade ist vor das Volk/ daß sie nicht mehr dazu gesinnet sein; dann was gutz kan doch daraus entstehen/ oder herfür gebracht werden/ dieweil gemeinglich durch Disputire die Heil. Schrift verdrehet/ und der Nahme Gottes allzuviel dadurch gehuechret wird/ und viel thunre Herzen dadurch bekümmeret und beschwereket werden/ durch das verdriesliche disputiren/ daß unter den Menschen geschicht/ wodurch nur viel Streit und Uneinigkeit entsteht/ worinnen dieses Volk

tum, si dissertationes essent ! tum sanè haberent adversarii,
de qvo maximè sibi grattulentur. (i) Ipsum sacrum Codicem
si perlustrare velimus, innumeræ dissertationes continet.
Qvot in Jobo capita numerantur, tot doctissimæ reperiuntur
dissertationes, Theologicam illam Thesin tractantes, qvod
pios oporteat per multas afflictiones ingredi in regnum DEI.
(k) Qvoties in Psalmis Regius Propheta idolatriam impugnat,
toties ex potentia idolorum ; ex omnipotentia vero, crea-
tione

Volf ganz keine Freud und Vergnügen hat etc. Cui jam olim prævivit Jacob Bohme, Sutor Görlicensis, Philosophus Teutonicus alias appellatus, ut videre licet in *Mysteria magno und vom Abendmahl Cap. vii. von der Lausse Caput. I. p. 19. seqq.* Similia sèrè sunt, quæ habet D. Joh. Hornbeck, de *Consol. Eccl. Part. III. n. IX.* *Disputationes & multiplicavit passim controversias magis, & pro partium acuminè habent se non uno modo; atque ad confitendum pacem parum conseruntur; ut ultra fæsquam cùlum videtur potest, tandem satis disputatum, praesertim de negotio S. Cano;* & post: *Nullum operam prestitum iterare illas controversias; acerbè tractare, etiam improbum est.* Et iterum: *Quapropter tandem aliquando modus istius disputationibus imponendus videtur, vel finis, sive sermone instituantur, sive scripto in Ecclesiis vel scholâ. Absurda absurdiora! Ficulnum produnt cunctum!* Confer contra hosce Qvackeros D. JOH. JOACH. ZENTGRAVII, jam Theologi Argentoratensis Primarii Celeberrimi disputationem sub titulo: *Cotilius Qvackerorum, olim sub Präsidio B. Dn. D. Danahaveri Argentorati 1665, habbit, quæ inserta est Fasciculo Disquisitio Sacrar. D. Dannhaveri Lipsia 1700. edit, num. XXX, D. NEUMANNI Synopsis Errorum fanaticorum, quos tremuli moderni fovent, & DN. D. SCHELGVIGH Qvackerisim Confutatur, aliosq; quos recenset DND. GRAPLUS, Fautor ac Praeceptor meus maximè colendus, in Collegio Recentissimum Controversiarum MSC. Cap. IV. De Qvackerismo, Section. I. § 9. Jongimus hisce fanaticis omnijure fidelem para statam Godofredum Arnoldum, qui in vasto Opere suo, quod Kirchen- und Reker Historie appellat, singulisferè pagellis nobilissimum hocce studium permulxit atque horrendis exornat criminationibus. Easfoli lidè discussit & ex asse refutavit Juvenis qvidam pereruditus JOH. JOACH. Arends in Disput, cui titulus: *Studium Theologiae Polemicæ desensus, 1704, sub Präsidio Dn. D. Fechtii nostri hęc loci habita.**

(i) Tum & hic obtineret illud, quod tempore Saulis: Faber non inventus est in universa terra Iudeæ; I. Sam. Xlii. v. 19. (ut hic carnaliter, ita tum spiritu-
liter intelligendo.)

(k) Actor, XIV, v. 22.

tione ac prvidentia aeterni Triunus ac veri DEI argumentata depromens contra superstitiones gentes ac pertinaces Iudeos disputat. Quae certe disputationes usu suu caruisse impossibile est, cum verbum DEI nunquam sit inefficax. Memorandum mihi certe videtur exemplum, quod unica disputatione Prophetæ Jeremias saluti esse potuerit, ipsumque vivum servaverit. (1) Fuit illa ipsa, quae intercessit Sacerdotibus Iudaicis cum Jeremias, Principibus & quibusdam Senioribus. Habet erat hic Propheta concionem nimis duram ac auditoribus ingratam ; tum [sunt verba Scripturæ] allocutis sunt Sacerdotes & Prophetæ Principes (illos) Tomas Seniores populi dicendò : Reatus mortuus est viro huic : quia prophetavit contra urbem hanc, quemadmodum audivisti auribus tuis. Si formaliter argumentum proponatur, sequens erit: Qvicunque contra civitatem hanc loquitur, huic reatus mortis. Atqui Propheta Jeremias contra civitatem hanc loquitur. Ergo. Quid autem ad hoc Propheta? Respondebat ipse limitando duplaci modò majorem : Sic enim ipse : Jehovah misit me, quasi argumentatus : Qvicunque propriò auctu prophetat contra hanc civitatem, illi reatus mortis ; concedo majorem, nego Minorem. Rursus : Qvicunque Jehovah se mittente prophetat contra hanc civitatem, illi reatus mortis ; nego majorem. Hunc argumenti nervum denuò repetit : In veritate misit me Jehovah ad vos, ad loquendum in auribus vestris omnia verba haec. Haec erat oppositio adversariorum ac Prophetæ ad illam responsio. Cum autem fuerit Dissertatio Postlitico - Ecclesiastica de Juribus Majestatis circa Sacra, Principes Praesides existisse opus fuit, quis solutionem oppositorum argumentorum à Respondente datam approbantes dicebant: Non est viro huic reatus mortis, quia in nomine Jehovah, DEI nostri, locutus est ad nos. Ulterius Seniores quidam discursum continuabant, exemplum Michæ in diebus Hiskiae, Regis Iudæ adducentes, qui etiam allocutus erat universum populum Iudeos, dicendò : Sic dixit Jehovah Zebaoth ; Zijon sicut ager arabitur, & Hierosolyma acerui erit ; mons autem domus in excelsa sylva. Num (pergunt) occidendo occiderunt cum Hiskia, Rex Iudea, & universa Iudea?

(1) Jerem, XXVI, Cap. tot.

da? nonne timuit Iehovam, & deprecatus est facies Iehovæ & panituit
 que Iehovam malum, qvod locutus erat contra eos? Ergo nos erimus fa-
 cientes malum magnum contra animas nostras. Qva Porismata ex
 concione Jeremiana ac superiore disputatione educta procul
 dubio prolixioribus argumentis firmârunt, qvam nobis hic
 proposita sunt. Hic profectò fuit tūm temporis usus Disputa-
 tionis Jeremianæ, qvalem si instituisset Urias Prophetæ simili
 in periculo versatus, forsan ipsum triste illud fatum non man-
 sisset, qvod Jeremias ~~in~~ ^{et} negando recenset. Qvamvis enim ab-
 solutè negare nequeamus, æque ut Jeremiam divinam voca-
 tionem, postquam jam delatus erat, causatum esse, tamen nec
 affirmare hoc Scripturæ auctoritas, qvæ ne $\gamma\mu$ qvidem hac de-
 re habet, jubet, nec contrarium suspicari Prophete timor ve-
 rat. Suō ergo hoc remittimus loco, cum nobis sufficiat insig-
 nem usum Dissertationis Jeremianæ considerâsse. Fuit autem,
 si illum ulterius examinabimus, varius. (1) Prophetam vivum
 servavit. (2) Terram Judæam à sangvine innocuo, qui alias
 foret effusus, liberavit. (3) Principes ac universum populum
 ad poenitentiam agendam incitavit. Qvam egregia etiam fuit
 illa Dissertationis mulieris Cananææ, (m) qvā invictum vicit,
 disertum ad silentium redigit, imo non tantum ad silentium,
 ut objectiones non ulterius obtrudi possent, sed mox ad vietas
 offerendum manus, & ingenuam confessionem reportata vi-
 ctoria filium DEI permovit. Spernēbat dilectissimus Salvator
 noster ipsius clamores & ad preces durius ipsi responde-
 bat: Non es, dicens, bonum, sumere panem filiorum, & præficere cani-
 bus. Formaliter hoc esset argumentum: Qvicunqve panem
 liberorum præficit canibus, ille malè facit. Atqui ego, si te ad-
 juvem, panem (beneficiorum divinorum) liberorum (Judæo-
 rum) præficio canibus, (gentibus) qvalis tu es. Ergo. Quid
 nostra Cananæa? Respondet, negandō minorem; cum aliis
 adhuc detur panis, qvi non est liberorum, sed canibus debitus.
 Sic denuò habuimus Disputationem, qvæ magnum præstitit:

usum:

(m) Matth. XY. 1, 22. seqq.

usum, (1.) Cananææ, cuius filia à Dæmonio liberabatur, (2.) filiæ, qvæ liberabatur, (3.) adstantibus, qui procul dubio ex fide hujus mulieris & commendatione ejusdem à Christo facta accensi sunt ad imitandum eam, fructusqve in fide uberiores capiendos. Dies me deficeret, si dicerem de Disputationibus Servatoris nostri, qvæ ipsi intercessere cum Phariseis ac Herodianis de Censu Cæsariorum, (n) cum Sadduceis de Resurrectione, (o) rursus cum Phariseis de Messia Filio Davidis, (p) qvæ, si, ut merentur, tractare vellem, non Præfatio qvædam, sed integer conscribendus esset Tractatus. Adeò enim nervosè adversariorum sophismata eludit Doctor Summus Dominus noster JESUS Christus, ἐξοστὸν οὖτε, disputans; Nunquam certamen cum hostibus init, qvin semper argumenta firmissimis Scripturæ sacræ testimoniis innixa attulerit. Morem hunc Servatoris imitati sunt Apostoli. Paulus οὐ μηδέποτε docebat, qvod ille, quem prædicaret, esset Messias; (q) οὐ μηδέποτε verò est adversariorum objectionibus probationibus solidis occurrere. Articulum de Justificatione tractans, λογίζεται, inquit: Legitimè ex præmissis colligimus. (r) Qui mos, uti maximum habet ulum, ita adversariis nostris, disputationum hostibus, exolutus est, qui malunt Phariseorum more pro authoritate quidvis assertere non fluente ex veris præmissis sententiâ, neque ex Scriptura probata, vel si maximè Scripturam adducunt, nervum probandi non ostendunt, immo sapientissime non possunt, qvia Scripturam truncantes detorquent verba qvandoqve & sensum, sic enim facilius latere ac imperitis sumum vendere possunt, si statum controversiae non ritè forment, quo ad unam æqvæ ac ad alteram sententiam inclinare videri possint. Id qvod meritò in *D. Spenero, Theologo quondam Berolinensi*, reprehendit Summè Reverendus Gedanensis Theologus Dn. D. SAMUEL SCHELGVIGIUS, illustre Ecclesiæ Lutheranæ decus ac præsidium, cum judicium Spenerianum de Scriptis Prætorii ac Stati

(n) Matth. XXII, v. 16, scqq. (o) ibidem. v. 23. (p) v. 42. (q) ActoR. IX. v. 22.

(r) Rom. III. v. 28.

tti ex iisdem collecto gazophylacio (der Schatz-Kammer) adducens, inquit: Ist ein merkwürdiger Kunst-Griff den Schwärmer überzuheissen und doch bei dem Nahmen eins aufrichtigen Lehrers zu verbleiben/ wenn gesaget wird/ man billige nicht alles/ ohne gnügsame Anführung dessen/ was nicht zu billigen sey. Solcher Gestalt meinet Herr D. Spener bei den Unfrigen sowohl als bei seinem Urhange durchzukommen; weil ein jeder sich bereuen werde/ er billige/ was ihm behage/ und verwirre/ was ihm missgefalle. (s) Multa etiam obscure & confusa proponunt, ut non appareat, quænam ipsorum sit sententia, quod itidem alibi laudatus Theologus D. Spenero, (qui tamen asseclas suos longè impudentiores probitate vicit, ut justior adhuc de quolibet eorum querela hæc institui possit) objicit: Ich erinnere mich aber vorgängig/ was der Heil. Geist (Exod. XXXII v. 25.) von Aaron/ da er den Israeliten zum Kalber-Dienst behülflich gewesen war/ meldet: E habe das Volk los gemacht durch ein Geschwäche. Auf dergleichen verlässt sich Herr D. Spener: Er schwäget/ was ihme einkommet/ es reime sich zur Sache oder nicht: Meinet/ wenn er nur etwas einwendet/ so solle sein Volk hiethurch schon los werden. Welches damit es ihme fehl schläge/ bin ich bedacht/ allenthalben den Kern der Sache in bündige Schluss-Neden zu fasen/ um also den schlüssigsten Ual/ welcher sonst leichtlich entwischet/ desto fester zu halten. (t) Hic certe modus, ut suprà evicimus, longè tunc ac Scripturæ Sacrae convenientior est. Possem hæc ulterius ex universa Historia Ecclesiastica demonstrare, si opus foret, ac instituti mei ratio id permitteret. Quid enim Concilia fuerunt nisi Disputationes Theologicae, quibus Orthodoxi contra haereticos suam doctrinam probarent? Gavilum etiam ob hunc felicem successum Concilium Tridentinum fruistet, nisi quibusdam Theologis veritatem vindicantibus alii Papæ jurati servi dixissent, se non convenisse ad Lutheranorum dogmata confirmanda, in veritatem illorum inquisituros, sed ad ea simpliciter improbanda. Quod si
b
igitur

(s) Sectirischer Pietisterey Part. II. Num. XXV. p. m. 48.

(t) In dem gründlichen Erweis/ daß Herr D. SPENER in der eifertigen Vorstellung sich sehr überreile/ von dem Eingange der eifertigen Vorstellung/ p. 6. Num. 6.

igitur ingenuè confitendum est : Dissertationes Theologicae secundum verbum Divinum institutæ non rixandi & altercationis studio, sed præsertim veritatis amore & sinceritatis cupidine, sunt unum tutissimum ac facilissimum medium, cuius ope quovis tempore quævis dogmata dijudicare possumus. Id jam confessus est Theologus inter primos & primarios hujus Academiæ Rostochiensis Doctores insignis, B. DN. DAVID CHYTRÆUS, (u) ab AFFELMANNO itidem in hac Academia Theologo inclutissimo allegatus in Programmate publico de utilitate Disputationum, (x) cuius tamen verba tamquam prolixiora suo loco malumus. Subscribit ipse D. SPENERIUS: (y) Es ist an dem / daß die Vertheilung der reinen Wahrheit / und also auch das Disputiren / so ein Theil derselben ist / muß in der Kirchen sowohl erhalten werden / als andere zu der Erbauung herordnete Verrichtungen: und siehet uns Christus / die Apostel und dero Nachfolger zum geheiligten Exempel vor Augen/

- (u) Cuius vitam synoptice descripsit MELCHIOR ADAMI in *Vita Germanorum Theologorum Part. I.* p. m. 223. seqq. Edit. Franfurt, ad Moenum in fol. 870f. Prolixius autem peculiari in Oratione M. JOH. GOLDSTEIN, Propterea Eccles. Rosbach, ad D. Nicolai, Orationibus Chytrianis annexa, & DN. D. FECHTLIS nostris in Apparatu ad Epistolas Marbach, Cap. IV. num. XI, p. m. 63. seqq. & nuperissime in *Oratione de Vita Chytria*, cum Recitatione Academiæ denotata, anno 1703. recitata. Famam Theologi hujus incomparabilis adversus maledicta archi-sycophanta illius Cosmofredi Arnoldi masculè vindicavit M. JOACH. MANTZELIUS Amicus nostrus renumeratissimus, in *Disputatione sub Praesidio Dn. D. Fechtlis Anno 1704.* Rosbachii proposita,
- (x) d. i. Jan. 1620, qvod legitur in *Syntagma. Exercitat. Academic. Part. I.* Num. XXXV, p. m. 110. &c. seqq. Edit. Lips. 1674. Confer de hac materia prater Affelmannum jam citatum LIMNAEUM in *Jure Publico Tom. III. Libr. VIII. Cap. VI. num. 71. fust.* D. JOH. FESTING. JC. & Antecessorem quoniam Megapol. de Dispp. Utilitate &c. Inter Mediat. Acad. num. 4. 1682. HOTTINGER. in *Bibliothecario.* p. s. 95. &c. 369. MAGNIFIC. DN. D. MAYER. in *elegantissimo Programmate Hamburgensi.* 1697. B. D. SEBAST. SCHMIDT. Prefat. Fas. Dispp. Theol. THOM. CRÉN. UIM Prefat. Fasico. Dissert. Hisp. Criticar. Roseredami 1697. aliosque, quos summò studiò colligit atque recensuit B. D. THURMANNUS in *Bibliotheca Academicæ* Halæ 1700. typis expressa, p. m. 28. & seqq. ut & Dn. D. Schelwigii *Synops. Controv. Pietisticæ.* p. 372. ibidemque autores citatos.
- (y) In *Piu Desideriū* p. 118.

gen die auch disputiret/ das ist/ die gegentheilige Verthümer krafftig wiederleget/ und die Wahrheit beschützet. Hingegen würde derjenige die Christliche Kirche in die grösste Gefahr stürzen/ der diesen nothwenden-
digen Gebrauch des geistlichen Schwerds/ des göttlichen Wortes so ferne es gegen die irrigen Lehren gebraucht werden sollte/ wegnehmen und verwerfen wolte. Et alibi (z) sententiam suam ita propo-
nit: Der wahre Nutzen der Disputationum ist vornehmlich der/ das die Studierende durch diese gleichsam Spiel-Kämyffe zu denjenigen ernstlichen und wichtigen bereitet werden/ wo der Kirchen und der Wahr-
heit daran lieget/ das dergleichen angestelllet werden: ferner das auch die Ingenia geübet werden/ und eine Fertigkeit erlangen das ihrige geschwind zu erweisen/ und auf die Einwürffe zu antworten:
welche Gewohnheit und Fertigkeit das natürliche Urtheil trefflich stär-
cket/ und in dem ganzen Leben viel nutzet. Also wer allerdings sich der
Übung der Disputationen enthalt/ beraubet sich desjenigen Vortheils/
dessen sich auch derjenige beraubte/ welcher da er zum Kriege bestimmet
ist/ die Gelegenheit sich in den Waffen zu üben versäumete/ und wolte es
nur bei der natürlichen Fertigkeit sich zu schützen lassen/ welches ihm
dermahlens reuen würde. Hactenus D. SPENERUS. Idem vero
modus, qui in disputationibus in cathedra & in conventu publi-
co institutis observatur, tenetur etiam in conscribendis dispu-
tationibus, ut non opus sit ipsis hunc usum denegare, siquidem
illæ summâ quam særissimè diligentia conscribuntur, ac plus
quam vasta volumina præstare possunt. Cum enim publicat
ventilationi sistantur & accuratissimum ac rigorosissimum eo-
rum examen sit exspectandum, utique quilibet certamen dispu-
tatorium aggressurus summam diligentiam impendere de-
bet, ne extra oleas vagetur, sed disputatione bene elaborata ac
facundâ lingvâ appareat. Majorem enim illa usum habere de-
bent, quam dissertatio oretenus facta, cum quam verissimum
sit illud:

Vox audita perit, litera scripta manet.

Idque propter minimè commendandum, si quis dispu-
tationem non adeò accuratè elaboratam & de materia non ad-
modum grata publico examini sistat, sed majorem inde fructum
b 2 sentiet,

(z) Wieder den Umsug der Pictissen/ Cap. II. n. 29. p. 137. seqq.

sentiet, si dissertationem qvandam scribat de materia curiosa
ac doctâ elaboratione dignâ; inprimis si sit nova & nondum
sufficienter pertractata satisqve difficilis (qvales sunt Dis-
putationes *Anti-Pietistica*, *Anti-Chiliasmica*, inprimis vero *An-
ti-Indifferentistica*, qvæ nostrâ ætate, quâ hæc monstrâ totam
Ecclesiam nostram inundare velle videntur, maximè ven-
tilari merentur,) ut ita se in aliquo dogmate & articulo fidei
solidissimè instruat, legat diligenter auctores, qui mate-
riam illam tractârunt, & tûm pro virili operam navet, ut
quàm nitidissima dissertatio prodeat. Cum vero, *Vir Maximè
Reverende*, tanta sit disputationum utilitas, nemo mihi vitio
vertet, quod præsentem Disputationem B. Avi mei, post fata
etiam filiali amore prosequendi, suprà laudatum *Magnifici*
Dn. D. Majeri exemplum imitatus, denuò typis vulgari curave-
rim, ejusque publicè defendendæ onus in mesusceperim. Bre-
vibus ut causas instituti mei ac summi in B. Virtutum affectus expo-
nam, (quas omnino latere ne ipse quidem mihi persuadere pos-
sum) ut de Auctore, qualis & quantus sit, constet; hunc in fi-
nē paucissimis tantum proferâ, qvæ prolixiora repeti poterunt
ex Programmate B. DN. PARENTIS mei in obitum ipsius anno 1701.
die 25. Augusti Riga conscripto, Memoriisque Theologorum Plurimum Rever-
endi ac Doctissimi: *DN. M. HENRICI PIPPINGII*, S.S.Theol. Baccalaurei & ad D. Thome in Patrio Ecclesiast. Liss. hoc anno 1705. excusis, in-
ferto. (aa) Fuit autem Auctor præsentis Dissertationis *Vir* B. dum vi-
veret *Maximè Reverendus, Amplissimus & Excellentissimus JOHANNES
BREVERUS, Islebiensis, S.S.Theologia & Philosophia Doctor, Primus Eccle-
siarum, id civitatem Rigensem spectantium, Superintendens Regius, Confessor
Rigenensis Assessor, nec non Pastor Primarius ad D. Petri. Quemnam jam
vel auditio ejus nomine latet, eum propter summam diligen-
tiam,*

(aa) p.m. 927. seqq. cui pro hoc officio merito maximas per solvo grates. *Excerpta*
illius exhibent Excell. *Dn. Collectores Atorum Eruditor. Lipsiensium ab*
ann. 1705. mens. Mayo, p. 230. seqq. Nova Literaria German. Hamburg.
collecta ann. 1705. mens. April. p. 130. seqq. & celeberrimi Collectores, (quo-
*rum inter principiis est *DN. D. VAL. ERNEST. LOESCHERUS*, Superin-*
tendens hodie Deliciensis. Vid. Nov. Literar. German. Anno 1703. mens.
*Januar. p. 25.) der Unschuldigen Nachrichten von alten und neuen The-*o*-
logischen Sachen anno 1705, andere Ordnung p. 113. & seqq.*

tiam, quam statim in studiis Academicis prodidit & sinceratatem postea in munere suo, quō dexterimē ad annum aetatis sue quintum & octogesimum, quō vires simul & vita eum destituerunt, praeſtitam eruditis pariter ac illiteratis perquam carum fuisse? Orrum & incunabula in inclita illa urbe Islebia, Comitatus Mansfeldensis Metropoli, D. Martini Lutheri patria, accepit anno 1616. d. 11. Martii, Patre Johanne Breure, Confessori ibidem Seccariario. Quo exstincto anno 1634. d. 26. April. ad extera loca proſecturus, Patriæ suisque valedixit. Islebia, post varia loca visa, d. 21. Maji Lubecam venit, iterque maritimum ſuscipiens d. 18. Oktobr. Rigam felici ſidere appulit: mox civis factus Gymnasii Rigenſis, in quo triga Clarissimorum Professorum, Samsonius, Hövelius & Stromborgius, publicè tunc docebant. Post quadriennium anno nempe 1630. d. 4. Maji Lubecam ſolvit, ac die 9. Julii Marpurgum venit, studiis operam navatarus Academicis. His enim feliciter provehendis abunde jam provisum erat à Republica nostræ Proceribus, qui abiturientem, licet peregrinum, ſtipendiō comitatabantur ampliſſimō: quippe uſibus Celeberrima Civitatis Rigenſis divinitus deſtinatum non vanè augurati. Ipſe interea Juſto Feurbornio, Johanni Steubero, Menoni Hannekenio, Caspero Ebelio, Balchafari Schuppō in primis attendebat. Hoc Prologū M. Varroem, rei literaria Aetulapium, oratione publicā præsentabat; hō Præſide de Veritate Philosophia, Prima contra Gvilielmum Areſum ſolenniter diſputabat; illis Ducibus, tam publicè quam privatim hoſtibus Ecclesiæ obviam ibat. Anno 1640. aet. 24. d. 3. Septembr. Sophia coronamenti ornatus est, loco ipſi assignato quatuordecim inter Candidatos præcipuo. Atino 1641. d. 9. Januarii Marpugo abiit & Helmſtadium d. 4. Aprilis attingens contubernio & convictu Dn. D. Georgii Calixti uſus est; ita tamen, ut in Hornej etiam & Conringii, aliorumque magni nominis Virorum familiaritatem penetraret. Cum verò mortuus bellici ipſum illuſtri Julia expellentes, quod ulterior ejus via minus tua effet, Brunopolitanis vel invitum alligātunt: hīc ne tempus malè falleret, ſtudio in cumbebat homiletico. Interēa Nobilissimus & Perfirenuſ Senatus

Rigensis absentis etiam *Breveri* memor di^e 21. Septembr. literas mittebat, quibus beneficiariu*m* suum ad *Professionem Utriusq; Eloquentie* in Collegio suo obeundam invitabat. Ecquid verò Beati*ssimus Noster* denegāsse*r* Rig*e* su*e*, qu*æ* studiorum impensas hactenus suppeditaverat liberalissimas & cui se totum debebat*l*. Gratū proinde animū erga Amplissimū Senatū observantissimā responsione contestatus oblatam spartā lubens sibi imponi patiebatur. Tūm verò iter in Bataviā, quod anteā meditatus erat, indulgentibus benevolentissimis Patronis, quin novos sumptus subministrantibus suscep*t*. Brunsviga Bremā & inde per Frisiā Occidentalem & Orientalem Lugdunum Batavorum abiit. Brem*æ* cum Conrado Bergio & Ludovico Crocio, Frane*g*veræ cum Nicolao Vedel*io*, Grōning*æ* cum Job. Alting*io* & Vöet*io* de Momen*ti* Controversiarum, quaæ nobis cum Reformatis intercedunt, egit. Amstel*æ*dam*i* Gerhardi Job. Vossi & Caspari Barhei, Leyd*æ* Marcii Zuerii Boxhornii & Danieli Hein*s* crebrā consuetudine usus fructum ex ista peregrinatione retulit uberrimum. Anno 1642. sub initium mensis Aprilis, relictō Belgiō, Lipsiam profectus salutabat Celeberrimos Theologos, Johannem Höpnerum, Danielm Henrīci, Christianum Langium; Johanni Benedicto Carpzovio, Patri, non ingratus, ad quem, ignotus licet hospes, suā tamen eruditione se notum reddens, diverterat. Ad Matrem Magdalenam Happach (bb) visendam Islebiām pergebat, defunctus ibidem rebus suis, Wittebergam se recipiens, ut Lutheri etiam in Cathedra, Civis Lutheri, prostaret. Vix enim civitate donatus Academicā mense Septembri Assertionum Theologicarum Decuriam ad locum Propheticum Jeremia Cap. XXXI. v. 31-34. (quam titulō tantū mutatō, paucisque additis jam exhibeo) ex institutis hinc inde cum Viris doctis, etiam adversariis, discursibus collectam moderante Plurimum Reverendo & Excellentissimo D.N. JAC. MARTINI, S.S. Theol. Doctore, ejusque Profess. Priori, Academia Witteb. Seniori Facult. sua p.r. Decano, Templic*g*, Aria Preposito & Canonic*io* Ecclesiastici Assessore, Hospite suo faventissimo, publicae disquisitioni subjec*t* (nunc denuo examini publico

bb) Johannis Happach, Medicinae Doctoris & Illustrissim Comitum Mansfeldensem Archiatri filiam.

lico sub Præsidio DN. D. FECHTII, Patroni & Preceptoris mei maxime suspiciendi, quem Theologum Ecclesie Orthodoxa causa in multis adhuc annos incolumem preset divina bonitas, heic Rostochii subjiciendum.) Cum jama laudatissimus Martini, gravissimus Lysenus, acutissimus Hillemannus, aliquo Brabeuta Wittebergenses ad summos illum in Theologia honores designarent, Rigenses, ut redditum maturaret, iterato monebant. Qibus ne deesset diutius, oblatam illic dignitatem modestè deprecatus, sub initium Maji Anno 1643, Lubecam remeabat, qva vento tam secundo solvebat, ut die nona Julii salvus & incolumis Rigenſi staret in littore. Ad labores Pœticos & Oratorios se vocatum sciens die sexta Julii sacra faciebat Professioni suæ de nonnullis opibus, qvas in superanda felicer hominum anima Pœtrica Oratoria subministrat, publicè perorans, Professore verò Philosophiae Clarissimo Strouburgio beatè demortuo anno 1645. die 24. Octobris Professio accedebat Philosophica; qvam tamen anno 1650. d. 13. Augusti, annuente Magnifico Scholarcharum ordine cum Historia mutavit, superadditâ Anno 1655. d. 3. Martii Schola Cathedralis Inspektione. Anno 1656. die 23. Maji Ecclesie Cathedrali Diaconus donatus, statim verò Anno 57. mense Octobri Petrine Pastor Primarius & Venerabilis Confessoris Aſſessor renunciabatur. Singulari planè DEI gratiâ factum, ut, ex quo præfuit Beatus Vir Ecclesiæ, nullum omnino schisma in Ecclesiis Nostratibus vires & incrementum acquisiverit, dissensionibus tenerâ, qvod ajunt, in herba suppressis. Anno 1678. Gymnasiō restauratō, constitutisqve, qvi humaniores literas & Philosophiam docerent, Professoribus, Breveris qvoqve ad exornanda Theologia studia requirebatur. Insignia priora B. Viri merita perpendens Serenissimus & Potentissimus Rex Svecie CAROLUS XI. Gloriosissima Memoria, cum subjectissimæ huic Civitati suæ gratiam facere in animum induxisset, hunc anno 1690. d. 28. Aprilis Superintendentem Ecclesiæ sum Rigensum constituebat, constituto qve stipendium annum addebat, Regiâ munificentia dignissimum. Accebat, ut ipsi anno 1693. d. 28. Febr. inter Jubilæi Secularis solennia, Insignia, Privilegia & Prerogativa Doctoratus in Theologia summa (cum solidis

Iida ejus eruditio non ignota esset) vel absenti conferrentur,
Rudbeckio tunc Tiaram dante *Upsalae*, quam *Hilsemannus* qvondam dare voluerat *Wittenbergae*. Hisce honoribus ita fruebatur, ut nequaquam iis superbiens munera sua posthaberet, qvin potius iis dexterimè fungeretur, usqve dum anno 1700. mense Februario, annum agens quintum & octogesimum piè placideque in Domino obdormicens ad triumphantem vocaretur Ecclesiam. Ex his, *Vir Maximè Reverende*, nullò negotiò perspici poterit, qvid me moverit, ut hanc dissertationem iterum in lucem prodire voluerim; nimirum confusus ob canta Viri Beati merita eam omnibus bonis gratam fore. Ut verò Amplissimo Nomi Tuо eam dicarem, hācqvē ratione commendatiōrem redderem, causa fuit, qvod Successor in honoribus atqve officiis omnibus (exceptis Scholasticis) Aritis ac Patriis clues dignissimus, Theologus pius ac virtutibus tanto viro dignis instructus: ne dicam, me beneficiorum mihi collaborum verè paternorum memorem ad declarandam gratitudinem, cum factis illud non possim, verbis tamen exprimere optāsse: cum verò & illud me assicurum esse vix promittere mihi possim, volui tamen publicum hoc mei in Te affectus testimonium extare. Nihil profectò, *Vir de Ecclesia Tua meritisime*, est, unde minor sis B. Parentibus meis aestimandus, nisi quod adhuc in Ecclesia militante ac gente verseris, cum ipsis iam lāti canant triumphum! Hinc divinæ porrò gratiæ confusus devotas pro Te Tuisque conaminib⁹ ad Supremum Numen preces fundam, ut Te conservet ac quosvis insultus superare faciat, ut opus Domini felici cum successu agas in piorum gaudium ac solatium, impiorum verò impostorum tedium & confusionem. Faxit Deus Ter Optimus Maximus, ut Ecclesia sua diu adhuc laboribus Tuis in Domino benedictis perfrui possit, Teque serò demum cœlesti sed eō splendidiori gloriæ dignetur, illam enim differentiam pro ratione meritorum diversam non diffiteor. Vale!

Vir Maximè Reverende

Dabam Roffochii Anno. 1705.
 d. 24. Octobris.

^{T.}
 Observantissimus Cultor
GEORGIUS CASPARI
 Rigā - Livonus.



247

JOHANNIS BREVERI Islebiensis, D.

DISSERTATIO THEOLOGICA
De

TESTAMENTIS DIVINIS.

Ad Illustrandum Oraculum Prophe-
ticum Jeremiæ Cap. XXXI. v. 31. seqq.

Verba Oraculi illius Prophetici sic flu-
unt ex fonte Hebræo.

31. הנה ימים כאם נאמיהו וכרחי אדריכת ישראל
ואחדות יהורה ברית הרשה:

32. לא כבאות אשר כרתי אדריכותם כיום החזק
בירם להוציאם מארץ מצרים אשר-חמת הפה אחדות
ואנכי בעלייכם נאמיהות:

33. כי זאת הבנות אשר אכרה אדריכת ישראל אחריו
הויטם והם נאמיהות נתנו אהדרותי בקרכם ועל הלאם
אכחנה ותוישו להם לאלהים וחמת יהודיל לעם:

34: וְלֹא יִלְמֹד עַזְרָה אֶשׁ אַחֲרָה וְאֵשׁ אַחֲרָה לְאַמְرָה
דְּעַת־יְהוָה כִּי כָּלִם וַיְשַׁׁר אֶת־לְמִקְטָנָם וְעַד־גָּדוֹלָם נַאֲסֵר־יְהוָה
כִּי אַסְלָח לְעַנְם וְלְחַטָּאתָם לֹא אַוְכָר־עַזְרָה :

Translatio Oraculi Prophetici Graeca,
ex Cap. Hebr. VIII. v. 8, 12, cum LXX virali,
ubi discrepat, interposita.

V. 8. Μεμφόμενος ἡτοῖς ἀυτοῖς, λέγει, ἕδη, ἥμερα γέρχονται
λέγει (Φησί) Κύριος, καὶ συντελέσω οὗτον οἶκον (διαθήκημα
τῷ σικῶ) Ἰσραὴλ καὶ οὗτον οἶκον (τῷ σικῶ) ἔδει διαθήκην
καίνην.

V. 9. Οὐ κατὰ τὸν διαθῆκην, ἢν ἐπίκηπτο (διαθέμενον) τοῖς
πατερέσιν ἀυτῶν, ἐν ἥμερᾳ ἑπλαθομένην μετὰ τῆς χειρὸς ἀυτῶν,
ἰξαραγεῖν ἀντεῖς ἐκ γῆς Ἀιγαίου· ὅπερ ἀυτοὶ ἐκ ἐνέμενων ἐν τῇ
διαθῆκῃ μετά, καὶ γὰρ (καὶ ἐγὼ) ἥμελησον ἀυτῶν, λέγει (Φησί) Κύ-
ριος.

V. 10. Ὅπις ἀυτῇ ἡ διαθῆκη, ἢν διαθήκημα τῷ σικῷ Ἰσραὴλ
μετὸν τῆς ἥμερας σπένσεις, λέγει (Φησί) Κύριος, διδέξ (δώσω)
νόμους μετὰ τῆς πατερός αὐτῶν, καὶ οὗτοι καρδίας αὐτῶν ἐπι-
γράψουσι (γράψουσι) ἀυτές· καὶ ἔσται αὐτοῖς ἐις Θεόν, καὶ ἀνθεὶ επε-
ταῖ μετ' ἐμὲ λατέν.

V. 11. Καὶ ἐ μὴ διδάξωσιν ἔκαστος τὸν πλησίον (πολίτην)
ἀυτῷ, (ἀυτῷ) καὶ ἔκαστος τοῦ ἀδελφὸν ἀυτῷ, (ἀυτῷ,) λίγων.
Γνῶθε τὸν Κύριον· ὅπερ πάντοις ἀδήσυστι με διπλὸν μικρῷ ἀυτῶν ἐν
μεγάλῳ ἀυτῶν.

V. 12. Ὅπις ἰλεως ἔσται ταῦς ἀδικίαις ἀυτῶν, καὶ τῶν ἀμερε-
τῶν ἀυτῶν, καὶ τῶν ἀνομιῶν ἀντῶν (abest hoc membrum)
ἐ μὴ μιηθεῖ ἔτι.

Ver-

Versio Latina Pagnini, ex Jeremia.

v. 31. Ecce dies veniunt, dixit Jehova, & feriam cum domo Israel & cum domo Iudeah fœdus novum.

v. 32. Non secundum fœdus, quod pepigi cum patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos è terra Ægypti: quia ipsi irritum fecerunt pactum meum, & ego dominatus sum eis, dixit Jehova.

v. 33. Sed istud est fœdus, quod feriam cum domo Israel post dies ipsos, dixit Jehova: dabo legem meam in medio eorum, & in corde eorum describam eam, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum.

v. 34. Non docebunt ultra unusquisque proximum suum, & unusquisque fratrem suum, dicendo, cognoscite Jehovahm: omnes enim cognoscent me à minimo eorum ad maximum eorum, dixit Jehova: quia propitiabor iniuitati eorum, & peccati eorum non recordabor amplius.

Versio B. Lutheri Germanica.

v. 31. Siehe/es kommt die Zeit/ spricht der HErr/da will ich mit dem Hause Israel/ und mit dem Hause Juda einen neuen Bund machen.

v. 32. Nicht wie der Bund gewesen ist/ den ich mit ihren Vätern machte/ da ich sie bey der Hand nahm/ daß ich sie aus Egypten-Land führete/ welchen Bund sie nicht gehalten haben/ und ich sie zwingen muste/ spricht der HErr.

v. 33. Sondern daß soll der Bund seyn/ den ich mit dem Hause Israel machen wil nach dieser Zeit/ spricht der HErr: Ich wil mein Gesetz in ihr Herz geben/ und in ihren Sinnen schreiben/ und sie sollen mein Volk sein/ so will ich ihr Gott seyn.

DE TESTAMENTIS DIVINIS

v. 34. Und wird keiner den andern / noch ein Bruder
den andern lehren / und sagen: Erkenne den HErrn/son-
dern sie sollen mich alle erkennen / beyde klein und groß/
spricht der HERR: Denn ich wil ihnen ihre Misshethat
vergeben/und ihrer Sünde nicht mehr gedenken.

ASSERTIO I.

**Totius Veteris Testamenti abrogatio
non est facta ipsiusmet, sed transgreditio-
rum vitio.**

Ez 22. 30.
1. Accipimus hic appellationem V. T. *in significatione ex-
cellenti & scripture propria*, non pro statu Ecclesiae ab initio mundi
ad Christi adventum in carnem; nec simpliciter pro doctrina
illo durante tradita; nec pro antiquissimo gratia foedere,
quod Deus à primo lapsus tempore cum Patribus iniit, Gal. 3.17.
aut Ecclesiastica ejus dispositione: sed pro pacto legali, quod
Deus cum populo Israëlitico, ex Ægypto ducto, in monte Si-
na, solemniter pepigit, victimali mæcotorum animalium san-
gvine, in adspersione aræ & populi, confirmavit, adeoq; inter-
nuncio Mose, novam regiminis formam, per certas leges &
ritus observandam, præscripsit, facta bonorum temporalium,
& sub illis vitae æternæ, exactè observaturis promissione, & à
populo, velut altera parte confœderata, perfectæ observationis
restipulatione; promulgatum eum in finem, ut, post contem-
ptam Evangelicam de N. T. pollicitationem divinam, Israëlitæ,
transgressionum suarum ex hoc justitiae cœlestis speculo con-
victi, ad Christum, mediatorem N. T. quærendum, compelle-
rentur. Et hæc definitio ex ipso Mose passim, in primis
Exod. 19. & 24. cap. & Paulo Gal. 3. 18. seqq. lucem mu-
tuatur.

2. Nee

AD JEREMIAE XXXI. 31. seqq.

2. Nec alia V. T. acceptio in Propheta nostro locum obtinet; quod ostendit partim temporis descriptio, quo propalatum fuit: partim illius transgressio, quam de pacto legali interpretantur Apostoli *Act. 15. 10.* cum Protomartyre c. 7. 53. unde & gravis illa Dei in eos dominatio, seu potestativa ultio, conjuncta cum ἀμελείᾳ: partim N. T. oppositio, in quo Deus divitem conversionis gratiam, ex altero minimè nunc expectandam, promittit. Minus igitur sufficiet, illud intellexisse de alia Testamenti administratione & externa forma: præstat, de alio accipere propriè dicto Testamento, non ipsius quidem testatoris, quippe adhuc tum ἀσάρις καὶ ἀπωθεῖς, sed typico sacrificiorum sanguine, pro sui conditione firmato; cuius abrogationem, ut factam, cum Epist. ad Hebræos, præsupponimus: ita causam abrogationis tantummodo hic dispicimus, eam non in ipsum pactum, quoad se, sed in homines prævaricatores referentes, hoc, pro nostra Assertionē, argumento: Quicquid ab omnis & solius boni autore, Deo, salutari fine, per sanctas præceptiones, constitutum est, in illo, ita considerato, non est vitium, cuius causa abrogari debeat: Totum V. Test. ita se habet. E. Minorem Propheta noster docet, & scriptura hinc inde, ubi in institutione ceremoniarum & statutorum cœlestè illud ἀνθετοσφάνημα: *locutus est Dominus ad Moysen*, dicens: ingeminatur; ut illud *Jer. 7. 22.* ἐν λόγῳ συγκέντως intelligendum, ex contextu facile pateat.

3. Adversus autem hæc militare videtur: 1. Quod lex moralis in N. T. abrogata non sit. E totum V. T. non est abrogatum: destructo enim toto, necessum eset, omnes partes destrui. 2. quod ex exercitu reprobatione non carere dicatur *Vetus T. Heb. 8. 7.* E. nec suo vitio, circa quod reprehensio necessariò versatur. 3. *lex inutilis & infirma dicitur*, c. 7. 18. E. satis in se vitii habuit, unde antiquetur.

4. Sed Resp. ad 1. majorem subintellectam esse falsam. Nam τὰ ἔλια φαρετῶν, ἐπὶ ἀνάγκῃ καὶ τὰ μέρη ἐφθαρόντα,

ex l. 6. Top. e. 14. §. 5. Ut ergò in genere partes considerantur dupliciter, 1. *Materialiter*, & quoad realem existentiam, quā sunt entia; & sic fallit Canon objectioni additus. 2. *Formaliter*, ratione relationis, secundum quam totum vi unionis inter se respiciunt: ita & in specie *lex moralis*. Quatenus enim illa utrāque lege, ceremoniali & forensi, velut ministrantibus, aucta, & per illam, quoad primæ tabulæ præcepta, ad certum Dei cultum: per hanc, quoad secundæ, ad jus particulare certi populi solenniter determinata fuit, & sic Israëlitas, velut in carcere custoditos, Gal. 3. 2. 3. per alternativam suam sententiam, salutem perfectè servaturis, & maledictionem vel in minimo transgressuris interminantem, rigidè tractavit; eatenus formaliter ac relativè sumitur, & ad V. T. propriè pertinens, discipulis N. T. non incumbit: quatenus verò *materialiter* & *absolutè* consideratur, ut norma universalis, creaturæ creatoris voluntatem in agendo proponens, eatenus in N. quoque T. immutabiliter permanet, ut renatos facienda doceat, adhærentem factis imperfectionem monstraret, & ad emendandam illam, per continuum pietatis studium, quatenus hac in vita possibile est, instiget. Conf. Assert. IX. m. I. Manet igitur, totum *Vetus Testamentum abrogatum esse, non totum Veteris Testamenti*. Ad 2. Resp. Dist: Non carere reprehensione aliquid dicitur, vel *absolutè*, quoad suam naturam: vel *relative*, quoad objectum, cui quomodounque destinatur, quod, cum ob vitium suum minus aptè se ad illud habeat, aliquam reprehensionis notam illi incurit, dum fine suo excidit, cui consequendo aliud necessariò assumendum est. *Vetus T.* non esse ἀμεμπτὸν dicitur, non priori modo, ac si in se vitiōsum, à malo Deo ortum traxerit, quæ Marcionitarum impietas dicam, an insania? fuit: sed posteriori, veluti citatus locus ipse præbet indicium, cum ex reprehensione hominum, peccatis suis fœdus Dei turpiter violantium, occasionem reprehensionis & abrogationis V. T. colligit, v. 8. 9. Major igitur objecta, à qualicunque reprehensione rei ad vitium ejus proprium, universaliter fallit.

Ad

AD JEREMIAE XXXI. 31. seqq.

Ad 3. Resp. idem fermè. Absit autem, ut ita subsumamus de lege Dei, quæ non solum insignes suas utilitates habuit, etiam ut ad V. T. pertinebat; sed & per accidens tantum sit iniuriosa, respectu πλειωνεως, justitiae & salutis æternæ, quam, infirmata per carnem nostram, præstare modò nequit, docente hoc Apostolo, Rom. 8. 3. Imò, si penitus locum præsentem intropiciamus, non universa lex, aut totum Testamentum, sed ἡ νόμος ἐντολῆς οὐρανίκης, v. 16. & lex ceremonialis intelligitur; in cuius victimis perse nullam fuisse potestatem perficiendi moraliter conscientias, ultrò largimur, cum Heb. 9. 9. Quæ ipsa infirmitas argumento fuit, alio illam respectare typis suis, ad ipsum videlicet antitypum, tempore διορθώσεως, v. 10. venturum, & egena illa mundi elementa abolitum, donec cum honore penitus sepeliantur, Dan. 9. 27.

ASSERTIO II.

Novum Testamentum tempore Veteris per Prophetas est prænunciatum: post dies impletos per CHRISTUM consummatum; per Apostolos solenniter promulgatum.

Ἐξήγηση.

I. Rursum hic præsupponimus, i. nobis non esse sermonem de Novo Testamento, sensu vulgari sumto, ut vel statum Ecclesiæ a nato Christo ad finem usq; mundi, vel simpliciter doctrinam, ab Evangelistis & Apostolis voce & stylo propositam, vel externam religionis dispensationem denotat: sed Biblico, quatenus, in predicatione consideratum, accipitur pro pacto gratuito, quod Deus ex mera gratia cum omnibus & quibusvis hominibus sancivit in Christo, perfectissimo mediatore exhibito,

DE TESTAMENTIS DIVINIS

bito & proprio hujus sanguine in ara crucis confirmatum, tōti postea mundo solemniter promulgari voluit, ut omnibus bona cœlestia, justitia & vita æterna, per modum legatæ hæreditatis, offerantur, &, quōtquot promeritæ beatitudinis in fide participes facti fuerint, conferantur. Quæ definitio tūm ex nostro Prophetā, tūm aliis verbi divini enunciatis, inclaret. 2. nomine Prophetarum intelligimus cum Paulō Rom. 1. 2. omnes, qui de Christo, & sic de N. T. tanquam futūris, vaticinati sunt ad Johannem Baptistam usque, Matth. 11. 13, qui appropinquantis regni cœlestis præco fuit, & Christum præsentem διανοοδέσθε docuit. 3. Consummatum dicimus. Hebræum enim nostri Prophetæ אָבִרְהָם notanter reddidit Apostolus per οὐντιτέων διαγίνην ταῦτα, eo ipso innuens, Novum T. perfectionem & consummationem esse gratiæ illius fæderis, quod Deus post lapsum statim cum Protoplatis nostris & Patriarchis, per μύρων multiplicem de Christo exhibendo, & in illo constituit, ipsoq; V. Testamento, Biblicè accepto, est antiquius, Gal. 3. 17. Consummatum autem est expletis diebus venturis, quorum Prophetā noster, satis perspicuus nostra Assertionis assertor, meminit.

2. Nec enim N. T. cum mediatore suo Ἰησοῦς τάχα, datum est statim post lapsum, 1. quia multò antè prædici & præfigurari oportuit tantum mysterium, ipsis etiam angelis non usquequaque notum, Eph. 3. 10. 1. Petr. 1. 12. ut eō majori postmodum veneratione exciperetur. 2. Præparandi erant prius homines, per V. T. ut peccatum, & natam inde miseriā, agnoscerent, à quibus in N. T. per Christum liberantur, Gal. 3. 19. Rom. 5. 20. Nec tamen dilatum usque ad universi interitum, alioqui omnis Dei agnitio & reverentia prorsus fuisset extincta, quæ etiam sic sub Christi adventum propemodum perierat, cum naturalis quidem Dei notitia apud Ethnicos fœdissimā idolatria & scelerum illuvie: lex scripta autem apud Iudeos non minoribus peccatis, cum incredibili superstitione & hypocrisi conjunctis, tantum non oppressa jaceret.

3. Sed



3. Sed obvertitur hic, 1. Quod tempore V. T. tantum fuit prænuntiatum, actu non fuit. Sed, ex nostra Assertione, N. T. adeoq; ipsum Evangelium, tantum fuit tunc prænuntiatum. E. actu non fuit; quod videtur Photinianum. 2. Eadem corundem beneficiorum tempore V. T. quo nostro perceptio fuit. E. idem testamentum, idem quoad substantiam mediator: in primis, quod 3. Agnus Dei ab origine mundi est occisus, Apoc. 13. 8. Et Christus heri, & hodiè, & in secula idem est, Hebr. 13. 8. E. idem etiam ab origine mundi & semper Testamentum.

4. Verum, ut res ipsa illius opinionis vera est, (verba sunt B. D. CHEMNITII Parte III. LL. CC. de Discr. V. & N. T. p. 95.) quod scilicet idem sit Salvator, Christus, idem Evangelium, ut vulgo loquimur, eadem fides, eadem iustificatio sanctorum in V. & N. Test. quæstio tamen hoc loco est, quid scriptura propriè intelligat, quando inter V. & N. T. distinguitur. Ex cuius sensu Assertion nostra formata ne attingitur quidem, tantum abest, ut convellatur objectis argumentis. Resp. enim ad 1. de N. T. modò supra à nobis definito, sine indignatione veritatis & Photinianismi suspicione, concedendo, cum ad Christum, ut exhibitum mediato-rem, restrinxerimus: de *Evangelio* distinctè loquendum est; illud enim, in oppositione ad Legem, ut significat revelatam in tempore doctrinam de remissione peccatorum, ex Dei gratia, propter meritum Salvatoris, sumitur vel *pro ἐπαγγελίᾳ*, & promissione Novi T. per cruentam Christi mortem confirmandi, facta protoplastis nostris post primi legalis pacti irritationem, & inde ad Christum usq; incarnatum, modò nudè, modò sub velario paedagogiæ Veteris Testamenti, continuata Gal. 3. vel *pro ἐπαγγελίᾳ*, & latissimo nuncio, de gratia Dei & æternis bonis propter Christum presentem omnibus etiam gentibus, in Ecclesiam admissis, afferendo. Si conclusio loquitur de posteriori acceptione, utique vera est: falsa & Photiniana, si de priori, cum unus justificandi modus sit tempore utriusq; Testamenti, διὰ τὸν χάριτὸν τὸ Χειστὲ *Act. 15. 11.* & per essentialiter ean- dem, cum Abraham, fidem, Rom. 4. 3 falsa itidem minor de-

eadem, cui nullum præstat subsidium nostra Assertio. Resp. ad 2. Neg. maj. quod eadem eorundem beneficiorum perceptio eundem quoad substantiam mediatorem semper ponat. Ut enim non omnis effectus fit per causam naturalem, à qua per proprium influxum attingatur, sed multi per moralem, cuius etiam hæc est ratio, ut vim habeat, etiam cum non est actu, modò habeat esse cognitum, ut ei effectus imputetur, ac si per realem influxum illum produceret, quemadmodum ejus rei exempla in communi consulentium, promittentium, contrahentium vita sunt plurima: ita & beneficia salutis ad viventes tempore V. T. velut effectus provenerunt ex merito Christi, ut causa morali, (italoquendo) quod, licet futurum fuerit, per sponsionem tamen in concilio S. S. Trinitatis æterno factam, profuit antequam fuit, exerente efficaciam suam sanguine immaculati agni, ἀεργιασμένος μὲν τῷ καλαβόλῃ κόσμῳ, Φανερωθέντος δὲ εἰς τὸ ἔχατα κείνων διὰ ιμᾶς, ut Petrus rem decidit, I. Epist. 1. 10. Nec Philosophi obloqvuntur, cum agens omne agere, in quantum est actu, dicunt, quia non nisi de agentibus, quæ Physical influxum in effectum suum habent, ab ipsorum realitate immediatè procedentem, ipsi exponunt. Resp. ad 3. per occisionem, in dicto Apocalypticō, vel intelligent adversarii propriam, quæ suppositi præsentis est inactatio: vel figuratam. Prima ficeret ad connexionem propositionis firmandam: sed tunc assumto, in præsenti, nihil esset absurdius. Christus enim, in tempore demum mortuus, ab æterno occidi propriè non potuit. Figuratam igitur intelligent oportet, factam non tantum in divina destinatione & promissione, sed etiam ratione agnorum typicorum & aliarum figurarum, I. Cor. 5. 7. Hebr. 11. 28. sponsæque & indubitatè futurae satisfactionis. Quando autem N. T. ad Christum in ara crucis mactatum m. 1. §. 1. referimus, propriam à nobis occisionem intelligi nemo non videt. Illud ex Hebr. 13. loquitur de eodem Christo, non quoad modum effendi, ratione nature humanae, qui certè aliis ante incarnationem, aliis post eam fuit, sed gratiæ fructificandi antrorum & retro-

retrorsum, ut in quo nobis unicè aquiscendum sit, nec unquam extra ejus notitiam servatum fuisse quenquam, aut hodie servari, aut deinceps servandum esse; quæ est ipsius BEZÆ in hunc locum glossa marginalis. At nihil hoc ad nostram Andromachen. Quid? quod conclusiones posteriorum objectionum illam non respiciant, dubio procul intelligentes per idem Testamentum fædus gratia, à nobis m. 1. §. 3. hujus Assert. tactum: nos vero alio sensu, cum Scriptura, appellationem illam accipimus, de fructu N. T. primò non disputantes aut beneficiis mediatoris communis, quæ pii Veteres certè habuerunt, non quidem ex V. T. sed tamen ejus tempore, quo ἵμηγελίας fuisse constat, ab Evangelio strictè dicto non ratione efficaciæ, sed ratione præsentis corporis & substantiæ distinctam. Alias V. T. nihil nisi σκιάς (adumbrationem repræsentativam) σὸν ἀντὶ τὴν εἰκόνα (sc. ἀρχέτυπον) Τὸν περιουσιατῶν tribuere possumus, cum Epistola ad Hebr. 10. 1. Coloss. 2. 17. Quod enim sacrificia attinet, quatenus in se & ut ceremoniæ Mosaicæ considerantur, licet Ecclesiasticam sanctificationem ex Hebr. 9. 13. iis non denegemus, in rigoroso tamen Dei judicio peccata non expiarunt, ibid. v. 9. quatenus autem in vero suo usu (non legali quidem, ubi media contritionis fuere, sed) Evangelico, & ut visibilia invisibilis sacrificii sacramenta attenduntur, media fuerunt placandi DEUM, Lev. 1. 3. c. 17. 11. propter suum antitypum, CHRISTUM, extra quem nihil omnino est, quod salvet, Petro, ter iteratâ negatione, ἐμφανισθάτως attestante, Act. 4. 12.

ASSERTIO III.

Eadem est, & non est in utroque Testamento Spiritualis promissio, ideoque eadem est, & non est utrobique foederalis conventio.

Ἐξῆγος.

1. Cum V. & N. T. sint duas species, sub uno genere comprehensæ, multa sunt, in quibus ratione naturæ genericæ, sive quatenus sunt foedera testamentaria, conveniunt: plura, in quibus, ceu ἀντινομέως opposita, discrepant: utrinque satis fusè recensita videre licet Tom. IV. Dispp. Gieß. Dispp. XVIII. Th. I. 49. seqq. Inter ea autem, quæ identitatem quandam, magnâ tamen diversitate mixtam, notare videntur, non postremum sunt spirituales promissiones, & innixa iis foederalis conventio, cum mutua deinde obligatione, que tribus potissimum modis inter homines oriri solet; ex lege: ex sponsione: ex testamento: ita inter se distinctis, ut tamen communitate juri cōboreant, notante H. GROTIO, init. περιεργίαν super Annot. in N. T. unde & legem συνθήκης nomine designarunt multi, & pacta contractuum leges vocantur, & testatoris voluntas lex dicitur, natumque hinc multis verbis, testamentis proprium, legare. Apud Græcos verbum est, quod ista tria complectitur, διατίθεσαι, à quo nomen διαθήκη aquè late patet: nam & testamentum frequentissime designat, & pro sponsione ponitur apud Aristophanem, & pro legibus usurpatum est à Pythagorisiis, qui præscriptas suo gregi constitutiones διαθήκες vocabant. Nos, cum fidei nostræ consanguineis Theologis, contrà quam alii faciunt, qui ubique lubentius usurpando vocabulum Foederis, ὑπόλογον suum de una utriusque Testamenti substantia insinuare student, Propheticum בְּרִית & Apostolicum διαθήκη per Testamentum exponimus, ex Hebr. 9.6. non tamen omnino foederis nomen responentes, cum Testamentum, in primis ubi hæres sub conditione instituitur, foederis natura proximè referat. Confer prolixè FLACIUM Parte I. Clavis Script. in vocab. Testamentum, p. 1208. seqq. Intelligimus ergo non quamcunque pactionem inter duas pluresve partes mutuam, sed testamentariam, quam testator suis hæredibus præscribit & morte confirmat: & conventionem eidem, non quā præcisè testamentum est, quod conventione non indigere a JCTis discitur, sed quā foederis quoque rationem habet, in Assertione attribuimus.

2. Ista

2. Ista conventio in utroque Testamento, ob diversam promissionum spiritualium qualitatem, partim eadem est, partim non est. *Eadem ratione objecti Spiritualis, & quoad bona legata ipsa, respiciendamque in hominibus mutuam aliquam conditionem: non eadem ratione modi,* circa conditionem necessariò in nobis attendendam. Illud perspicuum est ex illustribus Spiritus S. enunciatis, quæ observatoribus legis divinæ vitam & justificationem in & ex ea adjudicant, *Levit. 18. 5. Ezech. 20. 11. Rom. 2. 13. Gal. 3. 12.* quam ob causam lex ad vitam data dicitur, *Rom. 7. 10.* & à Christo illi, qui, seipso persuasione vanissimā justificantes, faciendo volebant cœlestem hæreditatem adipisci, ad legem remittuntur, & undique perfectam observantium præstituris vita æterna promittitur, *Luc. 10. 25. 28.* & alibi: ut mirari omnino subeat, quid SERAPHINO CUMIRANO in mentem venerit, scribenti, *Mosè nunquam beatitudinem promisisse, Tom. I. Concil. Script. Contrap. 289. p. 218.* De N. T. præter locum nostrum, infinita prostant dicta, ne iis hic congerendis operâ abutamur. Utrobique aliqua in hominibus obedientiæ requiritur conditio, *Exod. 19. 5. Si obediendo obediens voci mea, & custodieritis pactum meum.* Et *Rom. 1. 5. c. 16. 26.* ubi Apostolus fidei adjungit nomen *saluatoris*, obedientiæ, invitationi scilicet Salvatoris, *Mari. 1. 15.* & voluntati divinæ motrici non negatæ, sed *ut attributum generale*, non ut rationem formalem, cum officium ejus salvificum in ea non consistat, ut infrà videbimus. Hoc itidem in propatulo est, quod alia longè sit promissionum, & his innitentis conventionis, forma. In V. T. sub multis umbris, per præcepta operum severissima, & conditionem absolutissimi obsequii, ab ipsis hominibus, quibus promulgatum, præstandi, ad promerendas secuturæ beatitudinis divitias, facta est: in Novo Testamento sine operum moralium, quæ talia sunt, præceptis, sine activa conditione propriæ & perfectissimæ ipsorum hominum obedientiæ, in generaliter gratuita per Christum vitæ æternæ oblatione, constituta est, cum implenda in nobis

nobis pér Spiritum Sanctum conditione fidei, ut medii & organi, quo sanctissimam obedientiam Christi, pro nobis præstatam, apprehendimus, & donorum cœlestium Novi Testamenti compotes evadimus, ut ita initium hic & medium & finis salutis à sola & mera Dei gratia, non tamen absoluta, sed ordinata (quem ordinem nos impeditre possumus, promovere non possumus) dependeat, quemadmodum ipse Propheta noster docet. *Confer. Job. 3. 16. & passim.*

3. Opponitur autem hic, quoad primum, 1. Cum præstantiores *promissiones* & *præstantior spes* N. T. vindicentur, *Hebr. 8. 6. c. 7. 19.* E. promissio de vita æterna & spes, ceu omnium præstantissima, V. T. concedi nequit. 2. expressè *lex subintraſſe* dicitur, ut abundaret peccatum, *Rom. 5. 20. Gal. 3. 19.* E. vita æternam nec offerre, nec conferre potuit. Quoad secundum:

1. *Commune* est V. & N. T. *promissionibus* tò *gratuum esse*. E. forma illa non inducet diversitatem. Probo antec: Promissiones V. T. non includunt conditionem meriti, cum vita æterna, etiamsi legi plenissime obtemperaretur, non daretur ut meritum, sed ut promissum gratuitum. Meritum enim debet esse 1. indebitum. 2. illi, de quo meremur, utile. 3. rei *avndōrws* loco accipiendæ *isop̄onov*. Nihil horum foret in observatione legis, etiam exactissimè à nobis præstata. 2. *Communia* itidem *præcepta* in V. & N. T. *Marc. 1. 15. Luc. 22. 19. Act. 2. 37. 38. ad opus præstandum, quale fides, quomodo cumque etiam consideretur, expressè ita vocata à Christo, hac dñe interrogato, Job. 6. 29. cum satisfactione, conventioni inclusa, quæ illam merè gratuitam dici non sinit.*

4. Sed, licet responsionum semina ex m. 2. curatiùs inspi-
cienti pateant, major istamen lucis ergò dicimus, ad 1. Disting:
Tò *κριτ̄or* enim, sive *præstantia* *promissionum* N. T. sumitur vel
in sensu objectivo, in quantum simpliciter respicit rem promis-
sam, ut propositionis sensus sit: Omnis res præstans promissa
est solius N. T. & sic negatur, cum nec Apostoli sit, nec verita-
tis, quod patuit: vel *in sensu formalī*, & ut determinat modum

pro-

promittendi, hoc sensu: omnis promissio vita æternæ, sc̄ merē
 gratuita, nuda, aperta, non involuta typis, Christo exhibito &
 merito præstito, est solius N. T. & sic mentem Assertionis no-
 stræ, ipsam rem promissam, non promittendi modum, respici-
 entem, non convellit: neq; aliter ab Apostolo, Testamenta in-
 ter se conferente, intelligitur: cui præcedente cap. Novum T.
 πλέων nostri, legi vitio carnis impossibilem, præstans, ἵνειο-
 ργων ερέπτοντος εἰλατίδος dicitur, quia, cum transgressores
 V. T. sibi ob id inutilis, gravis dominatio & αὐλέα Dei pre-
 meret, desperandum ipsis fuisset, nisi Christus introduxisset
 alia remedia infiniti fructūs, à se nobis parta, & per fidem ap-
 plicabilia. Hinc spes melior. Ad 2. Resp. limit. majorem:
 Quicquid facit delictum abundare, sc̄ per se & directè illud, ex in-
 tentione ferentis, efficiendo, promissum viræ æternæ non habet an-
 nexum. Atqui lex dicitur delictum facere abundare, non per se
 aut directè, sed per accidens & indirectè; non ex intentione Dei
 Iatoris, sed vitio corruptæ naturæ; non peccata multiplicando,
 sed magnitudinem eorum ostendendo; non in se, sed in animo
 peccatoris, in quo id non efficit, sed detegit, ut hic magis ma-
 gisque ejus granditatem & iram Dei cognoscat, ad ostendum in
 Evangelio mediatorem circumspiciat, & velut in expansa Mes-
 sia retia compellatur. Ad 3. Resp. similiter majorem sub-
 intellectam limit: Quicquid commune est utriusque Testamento,
 scilicet eodem modo & significatu, illud non inducit utriusque diver-
 sitatem. Sed ita minorem, cum probatione, non simpliciter
 concedimus. Licer enim ex Theologis nostris sint, qui in pro-
 missionibus legalibus conditionem meriti annexam statuant;
 alii ob causas, in objectione ex ipsis allatas, negent, distincta ta-
 men terminorum evolutio omne εὐαγγελισμὸν; facile amovebit.
 Nam gratuitum vel opponitur operum, in justificatione cooperantium,
 sufficienti ad meritum dignitati: vel ipsi simpliciter cooperationi. Priori
 sensu, cum in perfectissimis etiam nostris operibus (si darentur)
 sufficiens ad meritum dignitas non adsit, taxè forsitan quibusdam
 dicuntur gratis, melius tamen gratiose. Præmium enim ex justi-
 tia

tia alicui collatum , ob aliquid præstitum , gratiosum quidem est , h. e. datur ex gratia : sed non gratuitum ; hoc enim excludit ex parte hominis omnia , quæ excogitari possunt , posse existere ad hoc , ut illis Deus moveatur ad præmium . Posteriori verò , quo Paulus semper , in disputatione de Justificatione , gratiam & legis opera opponit , minimè , cum adjuncta qualitas hominum justificandorum , perfecta impletio & obedientia propria , à promissionibus legis exigatur . Præterea , meritum dicitur vel *meritè* , (Scholastici vocant de Condigno) cui ex justitia digna debetur merces ; & secundum hanc acceptiōē promissiones legales non vocantur meritoria à Nostris : vel *latius* , quod quidem ex justitia mercedem non meretur , sed tamen ex quadam congruitate , (unde appellant de Congruo) ob pactum seu promissionem Dei intervenientem ; & sic meritoria dici possunt . Deus enim promittendo : *Hoc fac , & vives* : se debitorem fecit , indeque opera legalia , si perfectè præstarentur , licet non ex se & natura sua , quod sibi soli vendicat Christi obedientia , tamen interventu promissionis divinæ mercedem haberent propriè dictam , sive ex debito , ajente Apostolo , *Rom. 4.4.* Legales igitur promissiones (*dia Gagklav* loquendo) sunt gratuitæ (potius gratiose) altero tantum modo : N. T. omni modo : legis obedientia perfecta est meritoria aliquo modo : Evangelica nullo . Si quis enim querat : annon æque conditio fidei Christi ex promissione divina : *Qui crediderit , salvis erit* : meriti notionem indipisci possit . ? Resp. quod non , causam sequentia innuent . Quomodo verò Adamus , si in statu integratis divinam legem implisset , jus adiisset vitæ æternæ ; num ex gratia , an ex merito , ex dictis potest dijudicari . Ad ultimum trimembre Resp. 1. *quoad precepta* in Evangelio particularia , accipiuntur illa vel *in sensu composito* , quæ præcepta sunt , & ad primam Decalogitabulam , unâ cum eorundem observatione , cultus divini parte , pertinent : vel *in sensu diviso* , quæ media continent & organa salutis , ex gratia accipiendo , quorum acceptio non tam obedientia erga Deum est , quam salu-

salubre lucrum respectu nostri: & sic ad N. T. & Evangelium, sine periculo Assertionis nostræ, referuntur. 2. *Quoad fidem*; quam opus Dei esse, h. e. à Deo, & in Deum, constat ex Christi responsō, ad interrogantium quæstionem attemperato, & actum aliquem animi nostri laudabilem, cum aliis vitio oppositum: sed, *ut tale opus*, ut talis auctus, ad legēm omnino pertinet, & sibi ipſi, quatenus Evangelii propria in actu justificationis munus ἀντλητικὸν exceret, opponitur. Omnis enim actio moralis & laudabilis tunc stat ex opposito fidei, quā justificat; quod est axioma Apostoli, *Rom. 4. 5. Gal. 3. 12.* 3. *Quoad satisfactionem*; illa in lege debuit esse propria, ut *m. 2. vii. v*: in N. T. est aliena respectu hominum; imputabilis tamen judicio Dei, per illam placati, creditibus, quibus sine quocunque operis interventu, cœu principali gratiæ opposito, *Rom. 11. 6.* obtingit, per Christum, cui aliás caro constitere omnia, *I. Petr. 1. 19. I. Cor. 6. 20.*

ASSERTIO IV.

Novum Testamentum pertinet ad Iſraēlitas quoad primam propositionem & annunciationem: ad omnes homines quoad solennem promulgationem, & oblationem.

Εξήγηση

1. Non uno modo *Iſraēlītē* in scripturis dicuntur: i. qui sunt *τὰς τῆς ορφῆς*, & ex Patribus descendunt secundum naturæ propagationem. 2. qui sunt *τὰς τῆς ἵππου παλλῆς*, & secundum cœlestem promissionem, *Rom. 9. 8.* qui etiam *οἱ ἄνθρωποι* dicuntur, *Gal. 3. 7.* Illi significantur propriè, cum historicæ narratio-nes de ipsorum sive itineribus, sive dispersionibus, & quoad mutuam dissociationem tempore Rehoboami, & quoad captivitatem, aliaque in Sacris passim instituuntur: hi in disserta-

C

tione



tione de gratuita peccatoris justificatione hinc inde ab Apostolo nominari consueverunt. In loco nostro Prophetico dubium multis habere sensum videntur: nos tamen de propriè dictis accipi censemus, non simpliciter, sed quoad primam propositionem & annunciationem. Illud constat ex dicto nostro. Nam, quorum Patribus V. T. datum est, illos primò attinet promissio. At Judæorum Patribus datum est. E. Hoc ostenditur, tām quoad ministerium Christi docendi & miraculosè operandi, quod nonnisi Judæi ordinariè destinabat, Rom. 15. 8. Matth. 15. 24. quām Apostolorum, qui, dirutā nondum macerie, ex admirabili Dei ordinatione, in viam gentium abire prohibentur, Matth. 10. 5. suo tempore omni creaturæ N. T. prædicaturi, Marc. 16. 15. Quod Paulus & Barnabas Judæi Antiochenis rotundè explanant, Act. 13. 46.

2. Sed hæc, perspicuis verbi divini suffragiis fulta, non tām vehementer discutiuntur, quām illud: an N. T. ex seria benignissimi Dei intentione, ad omnes & singulos homines quoad solem promulgationem & oblationem pertineat. Scriptura sanè immensam gratiæ divinæ amplitudinem luculentissimè diducit, ut non pauci ex ejus aliâs impugnatoribus deformitatem opinionis suæ, multa distinctionum cerussa inunctam, occultare dudum sategerint; imò præcipui hodiè, vapulantes etiam ob id à sociis, propius ad veritatem accedere videantur. Unde Dn. D. CONR. BERGIUS concedit, fædus novum quoad incitationem, oblationem, & promissionem conditionatam communiter ad omnes pertinere, in Praxi Catol. Diff. VI. Thes. 222. §. 3. quod alii penitus negant, quibus opponimus, pro munienda nostra Assertione, hoc argum: Ad quos pertinet gratia Dei salutifera, eum in finem primò illucescens, ut omnes, ex seria ejus voluntate, ad agnitionem veritatis venientes, salvi fiant, nec nullus pereat, ad illos etiam pertinet N. T. quoad universalem promulgationem & oblationem. Ad omnes homines illa ita pertinet, ex Tit. 2. 11. 1. Timoth. 2. 4. 2. Petr. 3. 9. E. Major probatur, quia in Novo Test. promittitur & offertur gratia, ad salutem hominum necessaria, & hanc, cum serio Deus velit, media etiam

etiam ad illam obtinendam omnibus offeret. Nemo enim finem serli velle potest, nisi media etiam velit, quæ ad eum consequendum ita sunt necessaria, ut aliter obtineri nequeat. Vide uberiorem hujus, quoad materialia, probationis deductionem, & summam orthodoxæ antiquitatis ὁμοφυσίας in Historia Pelag. G. VOSSII, Libr. VII. Part. I. p. 632. -- 656.

3. Reprehensurus hanc præsentis loci applicationem, ex eo ipso contra nostrum argumentum excipit, i. MACCOVIUS, in Coll. Theol. de Prædest. Disp. I. a. 4. s. his verbis: *Deus vult omnes salvos fieri, sed hos tantum de quibus Job. 17. 9. quos misi dedisti: sed hos tantum, 2. Tim. 2. 19. & de quibus Jerem. 31. 33. Est etiam hic universalitas quedam, sed electorum, &c. 2. Accedit PAREUS, in Comment. super Epist. ad Hebreos, Tom. II. Oper. Theol. p. 908, qui post allatam Augustini sententiam, dicentis de loco nostro, *I. de Spir. & Lit. c. 24.* quod, quantum ad Deum, omnibus is offerat illuminacionis gratiam: quod verò non omnes hanc consequantur, in culpa esse multorum pervicaciam, qui illuminari nolint: Subjicit: *relinquunt nodum, cur non omnes Deus ex nolentibus faciat volentes illuminari, cum facile posse. Hic dicendum, (pergit) quod omnibus electis fiat haec promissio. Misericordia enim Deus, quorum vult. E. N. T.* non pertinet ad omnes homines.*

4. Verum de exceptionibus ad dicta nostra, de universalis gratia, placet adscribere verba D. CONR. BERGII, ex eius Diff. de Sufficientia & Effic. mortis Christi, habita Bremo, d. 17. Julii, Ann. 1641: *Sicut nullam promissionem DEI ἀπεγένετο, sine scripturis, afferi & ponere licet nisi evidens sit revelatio divina: ita, postea jam certa promissione & revelatione DEI, exceptionem etiam, prater generalem & simplicem Scripturæ sensum, quem ipsa promissio & beneficium revelata litera cuiuscum ex communis loquendi uso facillime insinuet, baud quaquam sine Scripturis & evidentiore aliunde revelatione recipi tuta conscientia posse, libenter concedimus. Preserimus, cum in humanis etiam, ubi longè minor est bonitas & liberalitas, beneficia eam & Testamenta plenius accipienda esse, vulgatum sit. Sed illæc dñi Resp. 1. Theologo Franequerensi, cuius exceptions apud hos tantum valent, qui autem & φα, more discipulorum Pythagor-*

corum , ipsi accinunt: nobis non satis est, illum dicere: Sic restringenda est scriptura: sed rationes requirimus urgentissimas ; omnes autem quas afferit, ab unius inclusione, ad alterius exclusionem vitiōsē procedunt. Ex Job. 17. talis exsureret major: Pro quibus Christus b̄c non oravit, ad illos non pertinet gratia Dei; quæ falsissima , quia ibi pro solis Apostolis rogavit, ut antecedentia & consequentia intuentibus patet, nec pro omnibus credentibus & electis. E. nec ad has pertineret gratia N. Testamenti, quod ipsi Maccovio absolum. Præterea, secundum alia dicta pro transgressoribus & persecutoribus suis oravit , Esiae 53. 12. Luc. 23. 34. alibi pro solo Petro, Luc. 22. 23. solo Lazaro suscitando , Job. 11. 42. solo surdo & muto sanando , Marc. 7. 4. nec exinde concludendum, gratiam N. T. non nisi ad hos pertinuisse. E. Distingvendum est *inter orationem Cribrii quamcumq; & preces speciales*, quas pro suis specialiter nonnunquam fudit, & in loco Johannéo intelliguntur: & Sacerdotalem, quamq; Christus, quā Sacerdos, edidit pro omnibus in universum hominibus ; & quos ab hac Scriptura excludet, ad eos nec gratiam N. T. pertinere confitebimur , nec mandatum Paulinum , de fundendis, pro simpliciter omnibus, precibus , 1. Timoth. 2. 1. 2. 3. sequemur , quas utiq; fustra facimus, ubi Christi intercessio , earum fundamentum, non antecessit. Quod attinet illud, 2. Tim. 2. 19. loquitur quidem de electis, sed nihil in favorem Maccovii : quia in negotio salutis à positione notitie & curae specialis ad remotionem voluntatis & intentionis universalis mala proceditur. Impertinenter etiam allegat nostrum dictum, quod omnino universalem exhibet promissionem de N. T. & scriptione legis divinæ in corda hominum , quam, si reciprocari cum æterna electione ad salutem existimat, *m̄s θύεται αὐαγλέων*, in veritatis semitam deducendus à Christo , Luc. 8. 13. Aliud est *electio*, ob prævisam à Deo multorum, oblata cum verbo sufficientia salutis media rejectantium , pertinacem incredulitatem particularis: aliud convertendi miseris homines voluntas universalissima. Resp. 2. Paréo , qui ita videtur argumentari velle: Quicunq; miseretur, quorum vult, illius gratia , N. T: com-
pre-

prehensa, non offertur omnibus. Deus miseretur, quorum vult. E. Sed i. negatur major. Nec enim repugnantia sunt, si dixeris: Ille miseretur, quorum vult: & illius gratia omnibus offeretur, cum haec gratiae oblatio sine voluntate miserentis fieri non possit. Quin potius ita formarem: Quicunq; miseretur, quorum vult, *si omnium vult*, illius gratia ex misericorde ejus intentione offerenda est ad salutem omnibus. Ratio m. 2. tacta est. Deus miseretur quorum vult, & omnium vult, Rom. 11:32. E. 2. quod dictum Paulinum attinet, *non docetur eo aliqua divine misericordia absolute fidem excludentis particularitas*, sed *summa miserentis libertas*, quod videlicet misereatur (in Christo, Ephes. 1:3.) quorū velit misereri: & hi hoc loco non definiuntur, sed alibi passim. Quod de potentia Dei in objectione innuitur, *Assertio VI.* discutiet.

ASSERTIO V.

Conversio hominis irregeniti non est opus naturalium virium, sed divinum
Novi Testamenti beneficium.

Ἐγένετο.

1. Non accipimus hīc conversionem *in usitata sapientia latitudine*, ut & actus præparatorios, & constituentes, & consequentes simul denotet; ita enim in præcedentibus *hujus capituli 31.* versiculis potissimum tractavit Jeremias: *ne de mediis omnibus*, quæ priori conversionis parti, per gratiam prævenientem ac præparantem, & legales cordis ad dolorem usque compunctiones, Spiritus S. destinat: sed *tantum quoad actus novarum spirituallium virium in intellectu & voluntate collativos*, Evangelii proprios; & hos propterea nostrum locum uni gratiæ N. T. transcribere dicimus. Duplicem alias Theologi conversionem faciunt: *Primam*, vel non renatorum, planeque adhuc ab Ecclesia extorrium; & *secundam*; eamq; vel *lapsorum*, quæ nihil est aliud, quam quædam ad usum pristinæ gratiæ reductio, & per illam Dei reducentem gratiam reversio ad exercitium prioris caritatis

tatis & operum, *Apoc. 2.4. 5.* vel *stantium*, quæ est perpetua quædam carnis inhabitantis mortificatio, ejusque quotidianum cum Spiritu in homine renato duellum. *Prima* autem, propriissimè acceptâ conversionis voce, definitur ex Sacris vel *in sensu activo*, & est exercitum affectus Dei benevoli, hominem irregenitum ab infidelitate ad fidem reducentis; vel *passivo*, & est spiritualis mutatio mentis & voluntatis humanae, in collatione fidei salvificæ, hominisque è statu iræ in statum gratiæ translatio, virtute Spiritus S per verbum facta, ut per gratuitam peccatorum remissionem ex filio Diaboli filius Dei factus in hæredem vitæ æternæ evadat. Et de hac principaliter olim in Ecclesia, cum Pelagio & asseclis, tam masculè pugnârunt Beati P.P. & adhuc hodie omnes gratiæ cœlestis propugnatores, cum quibus eandem & quoad initium, & quoad progressum, & quoad consummationem Deo vindicantes, naturalibus viribus, quâ tales, derogamus, in Assertione nostra.

2. Pro cuius firmitate ita argumentamur, ex Prophetâ nostro: Cujus solius beneficium est peccatorum remissio & renovatio, ejus etiam solius beneficium est hominis irregeniti conversio. Atqui divinum solius N. T. beneficium est peccatorum remissio & renovatio. E. Solius etiam N. T. divinum beneficium est conversio. Major probatur ex trito Canone: Cui convenit proprius, principalis & immediatus rei effectus per se, eidem & causa convenit. Effectus autem conversionis esse remissionem peccatorum, & consequenter renovationem, Paulus docet, *Act. 26. 18.* Quod si cui lubitum, illos gradus conversionis nominare, non contraiverim, modo res farta utrinque maneat & eadem, cui termini, cœu posteriores, rectè adhibendi. Minor est Prophetæ nostri, qui in oppositione ad violatum Vetus T. duos facit *altus gratia N. Test.* alterum *primarium*, peccatorum remissionem, quæ fundamenti loco per particulam *ἀπολογίην*, v. 34. ponitur, in propitia non recordatione iniquitatum nostrarum apud Deum consistens, cui, ut soli principaliter peccamus, *Psal. 51. 6.* ita soli peccatorum remissionem *ἀπολογίην*, cum scriptura adscribimus, *Esa. 43. 25.* quâ de
41.

Af. VIII. alterum secundarium, renovationem & sanctificationem, quæ in præsenti per se dare legem in interiori hominum & scribere super corde eorum, v. 33. notatur, phrasis signatissimam, quam scriptura adhibet de firma rei in animo infixione, sive illa fiat per naturam, Rom. 2. 14. sive per institutionem, 2. Cor. 3. 2. 3. Prov. 3. 3. c. 7. 3. & hic attendit *αζιωμα N. T. præveri*, in quo lex quidem scripta fuit in tabulis; ad corda tamen feliciter penetrare non potuit, ut quæ, peccatis oppleta, illi capienda nimis erant angusta, ideoque pactum ejus, quoad finem vitæ intentum, factum est irritum: Spiritus S. autem per Evangelium in N. T. ad corda penetrat, & ad præstanta bona opera, velut fidei justificantis indicia, gratiam suam copiosè largitur. Licet enim N. Testamentum non sit ipsa legis in cor inscriptio, aut virium lege postulatarum collatio: organon tamen efficax est, per quod illa fiunt, Gal. 3. 2.

3. Sed infringere argumenti nostri nervum videri posset
I. Ethnicorum parvum generale conditio: partim singulare exemplum.
Illa est Rom. 2. 15. 14. ubi Apostolus afferit, illos idololatras inscriptum habere *το εργον τη ρεματος* in cordibus suis; imò naturam facere, quæ sunt legis. E. inscriptio illa non erit consequens conversionis, multò minus nota diversitatis inter conversos & inconversos; nisi quod hi populo V. T. potiores essent, qui legem accepit in tabulis, populo N. T. priores, cui hoc demum præstatur per Testamentum, quod ipsis per naturam. Falsum!
Hoc suggerit Cornelius, *Act. 10. 44* qui opera optima fecit, etiam ante conversionem. E. Ea non erunt consequens conversionis, &c. 2. Ipse locus noster, ex quo CORNELIUS à LAPIDE in *Comment. super eum in Epist. ad. Hebr. c. 8. 10.* liberum arbitrium probat, quia *sædus hoc*, (inquiens) *ut & aliud quodvis, requireret conditionem ex parte nostra, scilicet ut obediamus Deo vocanti, & gratiae ejus cooperemur, &c.* & paulò post: *Adverte, Deus non se solo scribit Spiritum Sanctum in corde & mente, sicut scripsit solus legem veterem in tabula lapidea, sed requirit consensem & cooperationem liberi arbitrii, & hoc est conditio fæderis tam Novi, quam Veteris.*

4. Sed



4. Sed Resp. ad. i. ex Paulo, & quidem limitando subintellectam majorem: Quicquid tribuitur idololatris & inconversis Ethnicis, scilicet modo & sensu eodem, quo conversis & Christianis, illud non est conversionis consequens, aut nota diversitatis inter eos. Jam neganda minor, quam ut penitiori mentis indagine excutiamus, & à lapisz quorundam Patrum nobis caveamus, qui Ethnicos istos discipulis N. T. accensuerunt, recentemente eorum nomina GUILIELMO ESTIO, in Comment. super Rom. 2.14. pag. 25. & integra loca MICHAEL CHISLERIO, in Commentario ad Prophetam nostrum, in Catena Patrum, (ut vocat,) distingvimus inter Tō inscriptum esse, sive inscriptionem passivam, que est per naturam, & qua est per gratiam. Illa est facultas naturalis cognoscendi DEUM & faciendi, in externis actionibus, quadam tenus opera divinitus imperata, in hominis lapsi corde adhuc superstes, ut facta ojus coram tribunal contestantis conscientiae accuset vel excusat, ipsumq; reddat ἀναστολήν. Et respondet ei revelatio per naturam, (inscriptio activè accepta) nimurum facultatis illius naturalis in mentes humanas insitio, cuius ductu cognoscitur, quicquid vel de Deo, vel de aliis rebus cognoscitur. Hæc verò est facultas supernaturalis, à Spiritu S. legem suam in interiori verè credentium scribente gratuitò concessa, aptos eos reddens, ut secundum divinæ voluntatis normam vivæ fidei indicia & fructus benè proferant, ad Dei gloriam, & aliorum ædificationem. Hanc itidem sibi respondentem inscriptionem activam supernaturalem supra insinuimus. Distinctissima igitur est inscriptio, quæ Ethnicis à Paulo, & justificatis à Propheta nostro tribuitur: posterioris enim nullam insinuari apud Paulum de Ethnicis mentionem, ex toto contextu, cum præcedente capite juncto, constare putamus. Quod autem vers. 14. attinet, aliud est, tā 78 vñps, ea que sunt legis, h. e. quæ cum externis operibus à lege requisitis quodammodo consentiunt, secundum ductum naturalis luminis facere: aliud, secundum legem Dei, cordi inditam ex gratia Evangelica, in bonorum operum exercitio, ad ostendendam fidei sinceritatem versari. Hoc, cœu purum spirituale ratione principii,

p. 2

pii, renatorum proprium est: illud, quoad moralia virtutum specimina, Ethniciis cum Paulo tribuere possumus, ut tamen duplarem in ipsorum operibus defectum merito arguamus, cum G. Vossio, L. III. Hist. Pelag. Parte III. quæ tota est de virtutibus gentilium, p. 378. alterum *Physicum*, alterum *moralem*. Illum; quatenus non sunt ex fide, vel amore illo, quem Deus requirit in verbo: nec ad gloriam Dei & Servatoris Christi diriguntur: (a fine autem *canonice* *tegore* *peccatum* *dicatur*, Arist. l. 2. de An. c. 4.) Hunc; quatenus aberrant à regula, quam eis recta ratio prescribit. Nam cum notitias, quas de Deo habent, applicent ad creaturarum cultum, satis liquet, eos non operari ex amore veri Dei, nec eis gloriam sibi propositam habere. Ac propter hunc defectum, qui morale vicium est, opera eorum etiam præstantissima ab antiquis peccata dicuntur, quia non sunt sine peccato. Resp ad 2. Maj. limit. Quæcunque opera sunt ante acceptiōē S. Sancti, sc. sanctificantis & cor renovantis, illa non sunt consequens conversionis. Jam minor negatur; nec probari potest ex v. 44. quippe qui collatus cum v. 46. clare docet, sermonem esse de donis Spiritus S. miraculosis, qualia Apostoli die Pentecostes acceperunt, & quæ gentibus etiam conferri Judæi mirum quantum stupebant, v. 45. Spiritum igitur gratiosè sanctificantem antea cum Cornelio fuisse, licet non in tanta donorum copia, antequam ad clariorem Messiae cognitionem perveniret, colligitur inde, quod 1. vir pius, timens Deum cum tota domo sua, operam navans justitiae, Deoque acceptus, v. 2. 22. 35. 2. dum largas & in conspectu Dei commoratas eleemosynas præstat, v. 2. 31. & 3. acceptissimas Deo preces (adeoq; non sine vera fide, Hebr. 11. 6.) offert, ll. all. benignè exauditur, & ad majorem Evangelii lucem, & Baptismi, pro augenda & confirmando fide, susceptionem adducitur. Ultimum Cornelii argum quod attinet, syllogisticè ita esset informandum: Omne fœdus divinum requirit ab hominibus conditionem consensus, obedientiae & cooperationis. N. Testamentum est fœdus divinum. E Resp. 1. ex ESTIO, qui similem sibi objectionem (fortè intuitu CORNELII, quem non semel in suis Comment. tangit,) formans incap. 8. ad Hebr. v. 10. p. 984.

D

ma-

majorem negat, dicens: *vocabulum Hebraicum Berith pro quo nunc fædus, nunc pactum latini reddunt interpretes, esse lata significatio*na, ut non solum ea comprehendat, quæ propriè fædera seu pacta dicuntur; verùm etiam promissiones gratuitas & ab omni conditione liberatas; imò & ordinaciones Dei stabiles circa res inanimatas, à quibus nihil viceſim præſtandum intelligitur. Post adducta loca addit, p. 985. Tale igitur pactum est hoc, quod vocatur novum Testamentum; videlicet promissio Dei prorsus gratuita, &c. 2. limit. maj. Omne fædus, sc. ab altera parte acceptum, & quasi ratum sibi habitum, requirit conditionem consensus & obedientiæ, donum oblatum non rejicientis, & Spiritum Sanctum gratiosè operantem non præfractè impeditentis. Alias enim fædus integrum esse potest, eeu Vetus fuit, ut irritet tamen sibi altera pars per reluctatricem inobedientiam suam, nec fructum ejus percipiat: salvum autem in principali federis pactore maneat, quò regressus ad illud ipsum neglectori fœdifrago detur: quod de donis Dei, quibus & fædus, in utilitatem nostram propositum, annumerandum, dicit Apostolus, illa ἀμεμέλητο prædicans, Rom. 11. 29. Et cum hac limitatione, sine indignatione veritatis, concedimus conclusionem, scilicet requiri in hominibus, ad percipiendos gratiæ fructus, aliquam consensus & obedientiæ conditionem. Huc enim tendunt divini adhortationum stimuli, ut consentiamus Deo nos in peccatis mortuos omnipotente quidem, ordinariâ tamen virtute, ad vitam spiritualem refuscitare & convertere volenti; imò, ut convertamus nos, ut faciamus nobis cor novum, &c. quarum tām prolixum catalogum congestare solent adversantes, nullo suæ causæ commendo. Ut enim non negamus illas: ita ex iis querimus, unde vis illa consentiendi fiducialiter, & postea cooperandi in libero nostro arbitrio oriatur? num ex sufficiatis latentium virium reliquiis, quod ipsi dicunt; an à sola Dei gratia, nos, & consensum nostrum, multò magis cooperationem, præveniente? quæ nostra est sententia, cùm ipse in nobis efficiat ηγή τὸ βέλεν, ηγή τὸ σφεργάν, Phil. 2. 13. quo & gratia operans, gratuitum illud & necessarium conversionis nostræ beneficium, & gratia coope-rans,

rans, gratuitum illud & necessarium conversorum adjutorium, luculentissimè confirmatur. *Quodcumque alias Deus homini certo respectu & modo injungit, illud quoque eo, quo injungit, modo est in ejus potestate.* Sic consensum, conversionem, fidem, cordis novi creationem, &c. homini injungit, non simpliciter, quasi actus illi naturali emanatione ab intellectu & voluntate, in quibus alioquin sunt, profiscisci possint: sed certo respectu, partim ratione usurpationis mediorum, per quæ bona ista obtinentur; partim ad retundendam morosam hominum reluctantiam; partim præsuppositâ potentiarum animæ ad divinos actus elevatione, per novarum virium spiritualium necessariam collationem, quibus postea homo uti & non uti potest. Sicut enim officium talia præstandi ex debito nostrum est: ita *facultas*, olim quidem à nobis in Protoplasis possessa, post tamen miserè amissa, nunc ex solo Deo est, se solo scribente leges suas in corda hominum, licet non irresistibiliter: licet non in subjecto *ἀλεσθεῖν*, & nihil post inscriptionem ex viribus concessis cooperaturo: quæ discrimina inscriptionis hic *Cornelio à Lap.* libenter, ab inscriptione in tabulas lapideas, largimur.

ASSERTIO VI.

Gratia N. T., hoc loco indigitata notat seriam DEI in nobis operantis benevolentiam, non irresistibilem physicam vim, aut talem illius potentiam.

Ecclesiastes.

1. Cum Prophetæ nostri testimonio, ad conciliandum sententiae suæ robur, abuti soleant & duriores Calviniani, & molliores, primum Assertionis negativæ membrum illis: posterius hisce est oppositum, quorum aliqui cum minus procul, quam vel majores, vel alii coætanei, ab orthodoxæ veritatis limine abesse videri velint, nondum tamen usque quaque accedunt.

D 2

cedunt.



cedunt. Afferunt 1. Universalem DEI erga omnes lapsos dilectionem. *Nuquam invenimus* (verba sunt D. CONR BERGII, Thes. 24. Disib, supra Aff. 4. m. 4. citatae) in scriptura exceptionem nullius hominis peccatoris, antequam in Sp. S. peccaverit, erga quem patientia & bonitas DEI, de qua Rom. 2. 4. debeat non agnoscere. Et Th. 43. Dilectionem DEI erga universum mundum, & voluntatem, quam jauravit, se non velle mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat, sine fisco & Sophistica, sensu Catholic & simplicissimo, credimus. Afferunt 2. universale Christi meritum, ex dilectione DEI profluens. *Perspicuum est*, (inquit Th. 20.) sufficientiam mortis Christi non ira asseri, ut pretiositas nudè & dignitas tantum infinita notetur, (quomodo etiam pro angelis lapsis sufficiens dici poterat) sed cum dignitate etiam necessariò intelligendum esse verum & actuale beneficium, ex dilectione quadam Dei erga universum mundum, seu omnes homines, in peccatum in Adamo lapsos, ex Joh. 3. 16. 1. Tim. 2. &c. Afferunt 3. universalem vocationem. Th. 5. *Vocation & praeceptio gracie post lapsum in Adamo omnibus illius posteris communis fuit*. Th. 5. Medicina peccati & mortis in Evangelio omnibus sufficientissime offertur: Th. 32. nemine excepto, &c. Plura videre licet im Beicht vom Bremischen Schuelsteier/ Anno 1641.

2. Afferunt quidem haec; sed fermentata crambe antiqua, de irresistibili erga paucos gratia potentia, & motu *spiritus angelorum*, quem nec invitare possint, si maximè velint, nec evirare, si maximè reprehinent, & hunc variis diversis modis depingunt. D. Bergius eum vocat *trahitum talerum*, à quo exitus necessariò sequitur, th. 4. cum quod compellitur, seu trahitur, eo modo, quo necessarium est exire, th. 6. grariam abundantem & speciatem, th. 19. 38. compulsionem ad intrandum, ut non possint resistere, th. 39. quem tamen, intuitu subjecti convertendi, concedendum minimè arbitramur in hominis conversione, lenta illa Dei actione, quam gradatim hominibus gratiam suam offert, & priores gradus non repudiabitibus, subsequentes, sine ipsorum hic influxu ad eosdem producendos, per medium verbi confert, & ita demum ex regno tenebrarum in lucem cœli educit. Conf. B. CHEMN. Parte 1. LL. CC. Loco VI. Cap. VII. p. 199. Vel enim esset ille in gratia cœlestis

leffis *ενεργέᾳ regenerante*, quæ respicit actus salutem conferentes, ratione cuius se homo merè passivè semper habet: vel *ενεργέᾳ renovante*, quæ respicit ipsum subiectum, hominem, in quo mutatio efficitur, & ipsi tunc etiam aliqua ex gratia cooperatio, non tamen in ordine ad salutem, conceditur. Non in posteriore: cum renati, in quibus Spiritus Christi gratiōē habitat, si secundum carnem, quam adhuc circumgestant, vivunt, in peccata regnantia incidere, & spiritualiter mori possint, *Rom. 8. 12.* Non in priore, sive respicias prævenientem, & *ratione initii*, in actuali ejus ad individuum applicatione per verbum propositum, cum illud vel planè non audire homo possit, *Prov. 1. 24* vel cum præfracto contradicendi studio audire, ut auditores Stephani, *Aetor. 7. 51* vel auditio cum Pharaone blasphemō etiam ore contradicere: sive operantem, & *ratione medii*, cum & hic excitationi divinæ resistere cum Judæis & Herode, satisque virium ad illuminandum & justificandum habentem respuere, *Joh. 3. 19.* aut in vacuum recipere queat, *2. Cor. 6. 1.* sive perficiēt, & *ratione finis*, cum, non permanentes in divina benignitate, propter incredulitatem à severo judice sint excindendi, *Rom. 11. 22.* Totum itaq; misericors DEI consilium, eandem specie intentionem, quam Publicani sequuntur, homines convertendi cum Pharisæis ēt ēavlāc ḥājelēv, & per modum rebellantium contemnere valent, *Luc. 7. 30.* *Joh. 5. 34. 40.* Nolumus hic, studio brevitatis attingere, quæ alias de sufficientia & efficacia gratiæ, plurimis jurgiis mixta, proponuntur à Thomæ Interpp. inter quos nondum, in quo ea precisè collocanda sit, convenit, aliis ad Calvinianos satis manifestè transeuntibus: aliis bipatentes Pelagio portas apertientibus: satis hic erit notâsse, unam per se DEI gratiam sufficientem tantum, aut simul efficacem estimari debere, non ex ipsius ad hujus vel illius ingenium, ratione temporis aut temperamenti, congruitate, ut censet BELL. *L. I. de Gratia & Lib. Arb. c. 13.* Resp. Certuni esse, nec ex Physica irresistibiliter agendi vi, sine qua verbi operatio nullum effectum obtineat, imò ad quam collatè vis hujus nihil sit, quod dicit MACCOVIUS, *Diss. 14. K. 2.*

sed, cum Orthodoxis, *ex eventu*, ut illa tantum sufficiens dicatur, quæ omnia convertendo, secundum divinum ordinem, homini necessaria quidem præstat, sed ob improbam ipsius resistentiam, non tam ex quantitate actuum externorum, quam gradibus pertinaciæ, in principio agendi invincibiliter residentis, æstimandam, eventum non fortitur, indeque, *per dominationem extrinsecam, inefficax (melius infructuosa,)* dici consuevit: eadem simul efficax, si pertinaci hominum malitiæ non impedita, hominis animum originaliter quidem rebellem, salutariter tandem vincit.

3. Nos pro Assertione nostra ita argumentamur: Quæcunq; gratia benignissimo exhortationis modo & motu, divinæ *creg-yeæ* intrinsecus operanti juncto, facit omnia, efficiendæ conversioni necessaria, ut tamen homo affectatè queat eam rejicerre, illa non notat Physicam Dei vim irresistibilem, aut talem ejus potentiam. Gratia N T. hoc loco indigitata ita se habet. E. Major probatur quoad 1. Si enim sit benignissimo exhortationis, imò precationis modo. E. non per physicam vim irresistibilem, contra Maccovium. 2. si facit omnia, conversioni hominis necessaria, & tamen resisti ei potest. E. non denotabit irresistibilem Dei potentiam. Probatur ulterius, ex descriptione Bergiana: Quæcunque gratia facit omnia, quæ ad conversionem sunt necessaria, ea utique trahit eo modo, quo necessarium est exire. Quid enim hæc duo discriminabuntur? Gratia, cui tamen resisti potest, ut nihil fructificet, facit omnia, quæ ad conversionem sunt necessaria. E. gratia, cui tamen resisti potest, ut nihil fructificet, trahit eo modo, quo necessarium est exire; adeoque non est irresistibilis. Minor probatur ex *Esaie* 5. 4. verbis *à Zoropharao ut aries:* *Quid est, quod debui ultra facere vineæ meæ, et non feci in ea:* Quo nihil aliud innuit Deus, quam gratiam suam omnia conversioni Judæorum necessaria præstuisse, ut ad judicia ipsorummet etiam provocare possit. Sanè, nisi ita fuisset à DEO gratiæ cœlestis rore irrigata vinea, & ita per pulchros palmites adornata, ut omnia non externa tantum, quæ hic utrinque volunt adversæ opinionis tuto-

tutores , sed & interna, ad tollendam vineæ malitiam & affe-
rendam fructificationem necessaria , habuerit , amabilemque
bonarum uavarum fructum ferre potuerit , non adjungeret :
Quare exspectavi , ut faceret uvas ? Quomodo enim Deus illud
exspectet à vinea , si nondum necessarias vires , &
*intrinsecus sufficientem in primis potestatem , ab externa cul-
tura minime separandam , concessisset ? an exspectaret ut face-
ret , quod eam facere non posse , ob defectum mediorum ne-
cessariorum , noverat ? an pœnam denegandæ cœlestis pluvia
interminareur ? Addatur mellitissimum illud CHRISTI , Matth.
23. 37. perpendatur emphatica iteratio , diserta voluntatis
declaratio , sæpius factæ vocationis repetitio , congregationis
gratiosa per similitudinem descriptio , severa inobedientium
punitio , v. 38. &c. an sola voluntas signi , aut sola humana , aut
ex se se inefficax , aut sine convertendi intentione h̄ic locum ha-
beat , apparebit. Conf. ipsum D. BERGIUM , in *Praxi Catol. Diff.*
VI. Th. 192. §. Diligenter. De exhortatione vid. 2. Corinb. 5. 20;
*Prov. 1. 20. 25.**

4. Sed opponunt nobis , 1. Nostrum locum MACCOVIUS , in
quo necessariò cum vi Dei physica , qua necessariò regenerat homines , effe-
ctum conjungi existimat , l. c. &c. quoad hoc οὐαὶ θηλοῖς Ezech. 11. 19.
c. 20. 37. Et 2. scriptum Bremense , adjungens Luc. 14. 23. ἀράγα-
νον ἐπελθεῖν . 3. alii Job. 6. 44. de trahitu , quem ita omnipotentem
existimant , ut si resisti ei possit , Deo trahenti multum derogetur :
libertati hominis plus justo arrogetur , quod utrumque absurdum .
Resp. autem 1. in genere limit. maj: Quicunque 1. no-
vum cor ab ipso Deo indente accipiunt , 2. per immisionē crucis ad exhibitionem foederis inducuntur , 3. compelluntur , 4. tra-
huntur , sc. irresistibili et absoluē ; illi per irresistibilem poten-
tiā & vim convertuntur . Jam minor ne quidem per speciem
ex dictis ita probari potest ; quæ singula tamen percurremus .
1. Ad nostrum dictum dist. inter diēta promissoria , de benigno Dei
ad præstandum N.T. gratiam convertentem & manifestantem &
exhibitentis , beneficium affectu : & eventualia , de infallibili in no-
bis , beneficium illud exhibitum non repudiantibus , effectu . Ad
priora

priora nostrum, cum parallelis, referendum, quivis animadver-
tit, & ideo nobis, de possibilitate resistendi Spiritui Sancto, bona
hic promissa per media ordinaria conferre volenti, imò divi-
num opus jam sàpè exercenti, disputantibus frustà opponun-
tur. Verborum, quam toties hic locorum urgent, emphasis li-
benter admittimus, in iis etiam dictis, quæ Deum operari in no-
bis velle & perficere, fidem dare, cor aperire, aut nostram tol-
lere repugnantiam dicunt. Nam sicut hæc omnia id contra
Pelagianos evidenter docere scimus, nihil nos ex nobis ipsis, &
viribus naturalibus in hoc negotio facere, sed Deum omnia :
ita nullam necessitatem aut irresistibilitatem inibi conjunctam
videmus. Illud, quod *ex Ezech. 20.* additur, docet Deum per tri-
stum calamitatum, virgarum suarum, imissionem, cum vincula
fœderum, frangentium respectu, pœna sint, vocare homines ad
mandatorum observationem ; & dominari transgressoribus,
effusa excandescentiâ, v. 33. non quasi ordinariè ita non conver-
tere omnes velit, sed quod extra ordinem apud hos vel illos per
ærumnarum aut alia etiam media agat, ut tamen *vis ipsa con-
vertens unicè in verbo consistat.* Unde in quibusdam per solum
verbum sine extraordinariis mediis repugnantia cohibita legi-
tur : ab aliquibus etiam verbo *addita*, ut à Pharaone, Judæis,
Chorazinis, & Bethsaidis, malitiosè rejecta constat, ut *ea nec per
se conversionem efficere, nec gratiam convercentem in se augere aut mi-
nuere valeant.* 2. Ad dictum Lucæ Resp. Majorem, sive formetur
de coactione reali & violenta, cui certè, quamdiu possumus,
resistimus : sive suasoria & verbali, non concedimus. Et, quod
apud Lucam est ἀναγκάζειν, *Matth. 22. 9. & Apoc. 19. 9.* exponi-
tur per καλέν, quod itidem apud *Lucam v. 21.* per ἀσθέαν
indicatum est; nimirum, gentes ad vias & sepes, continuâ verbi
penetrantis prædicatione, & meritarum pœnarum commina-
tione, à peccatis avocatas, ad Ecclesiam deducendas, & *durá-
μη τῇ θεῖ, Rom. 1. 16.* convertendas esse. Nihil de irresistibili-
tate! Ne nunc illud addam, quod Maccovius & alii illam irre-
sistibilem compulsionem immediatè ad Deum referant: mini-
stris

stris autem externam prædicationem separatim adscribant; contrà quam h̄ic Lucas, ἀρχαντρὸν extimulitorium ip̄is Dei ministris, quā talibus, tribuēns, facit, & ipsa docet veritas, quia d̄ctus conversionis, quem minister Dei, quā talis & per illum Sp. S. exerceat, idem realiter actus est, & nonnihil modo habendi differentia.

3. Major, ad dictum Job. 6. fallit. Nec enim invitus tantum aliquis ad aliquid trahitur, sed volens s̄apē ac lubens. Trahit sanè sua quenque voluptas, & ea quidem vana s̄apē volentissimum. Et ἐλύτερ mox explicatur per esse ordinatum T̄e D̄eū, & per audire & discere à Patre, sc. in verbo proposito, quo, & Sacramentis, velut organis suis, in homine convertendo utitur. Ita etiam Christus loquitur Job. 12. 32. οὐαὶ τῷ τοῦ γένετος ἐλύτεροι μηδὲν, ubi sive de omnibus hominibus misericordissimam ejus intentionem accipias; cum loquatur de mundo, ad totum populum, v. 19. & omnes dicat absolutè: sive de omnibus gentibus cum Chrys. & Theophyl. (quos Beza glosa hic laudat,) pro nobis accipies: & quia per ἐλύτερον tantum excluditur actus præcedens humanus elicitus & imperatus ex parte agentis, connotatā passione, ad subjectum trahendum & in progressu ducentum illatā, facile declinabis incōmodorum annexorum pericula. Distinguendum enim quoad 1. inter potentiam Dei absolutam, quā simpliciter potest omnia, sua perfectioni non contraria: & ordinatam, quā id tantum posse nobis dicitur, quod decreto aut promisso ejus alicui liberrimo non refragatur. Neque ita, cum Scriptura, Spiritui S. resistere posse hominem dicimus, ac si realis Dei actio à contraria actione nostra vincente impediatur per potiorem potentiam: sed cum propter interventum ultroneæ malitiæ effectus Dei, quem gratia ejus per sua media ordinatè in homine producere volebat, impeditur. Quoad 2. Libertas ad resistendum divinæ voluntati tristis sanè servitus est peccati, Job. 8. 34. adeoque qui hanc, cum scriptura, asserit, quid homini-egregii arrogat? Et profectò in omni statu homo, quia homo est, rationali & libera potentia prædictus, libertatem, si non ubique contrarietatis, certè con-

E

tra-

traditionis quoad hic & nunc, retinet, & à coactione, quâ ~~obligatione~~
eius ab omni externo motu violenter impellente immunis
est: & à necessitate, quâ voluntas ex intrinseca sua natura ad
actum suum liberè eliciendum, quoad objectum speciale, sei-
psam determinat: quam, si homo convertendus non habet, libe-
rè non convertitur, dum convertitur, quod falsum.

ASSERTIO VII.

Novi Testamenti conditio nec tollit
mysteriorum divinorum scriptio[n]em,
nec abolet ministerii Ecclesiastici admini-
strationem.

Ezayias.

i. Unicum tām Theologiae, quām fidei nostrae fundamen-
tum esse *verbum Dei*, clarē docet inter alia Paulus ad Ephes. 2. 20.
quod tamen *dupliciter cognosci potest*: uno modo ita tantū, ut
quis ex eo simpliciter sibi doctrinam salutis hauriat, per quam
ad vitam ēternam sufficierat erudiatur: altero verò sic, ut præ-
terea alios quoq; in fide instruere, & ad cœlestis gaudii partici-
pationem deducere possit. Nec enim hæc unum & idem sunt:
illud omnium Christianorum est, qui salutis suæ, per media di-
vinitus ordinata impetranda, desiderio tenentur: hoc illorum,
qui, veluti majore quodam numinis afflato (ut ille ait) percussi,
ministerio Sacro operam consecrant. Hinc Paulus: Nunquid o-
mnes Doctores? i. Cor. 12. 29. Et his non sufficit, ut ipsi rectè tan-
tū credant, sed oportet ipsos esse *didantives*, i. Tim. 3. 2. & alios
gnaviter informare, secundum legem & testimonium, I. S. 8. 20.
in scripturis proposita, ut ita utriusq; necessitas in Novo quoq;
Test. non possit non esse maxima. Quod & contra Pontificios,
ratione prioris membra, & in primis Fanaticæ Theologiae asser-
tores notandum est, qui, quatuor illius principia primaria
ostentantes, nimisq; lumen congenitum naturale. 2. imme-
diatum

diatum Dei afflatum. 3. angelorum colloquia. 4. cœlestem Philosophiam, veritatem divinam ex Cabala, Astrologia, Chymia & numeris mysticis venantem, secundo dictum nostrum, tibicinis instar, supponunt.

2. Nos vero pro nostra Assertione, contra eos, ita argumentamur, *ex complemento dicti*, unde quodcumque vaticinium reditum est judicatur: Quamcunque foederis divini in corda scriptionem vaticinii implatio monstrat, eandem promisit vaticinium. Sed illa monstrat scriptionem (non quæ per immediatos afflatus hominibus sit facta, sed) quæ per prædicationem Evangelii Apostolicam ministrorum N. T. contigit. E. eadem in vaticinio promittitur. Minorem probat Apostolica allegatio *in epist. ad Hebr. 8.* cuius autor in media scriptione, doctrinam videlicet N. T. literis commendans, locum nostrum allegat, & ad gratiam Evangelii à Jeremia, fateribus ipsis adversariis, hic indigitati, ejusque meliores promissiones accommodat: harum autem illiusque prædicatio ministerium vocis non tollit. Quomodo enim docuerint Christus, Apostoli, aliqui, alios? quomodo hi ulterius præficerent Ecclesiis Presbyteros? quomodo promissi fuissent Doctores & Pastores ad finem usque seculi? *Epb. 4. 11. 12. & Rom. 10. 14.* ubi per indissolubilem relationem connexio, ut inter salutem & fidem: ita inter fidem & prædicatum verbum, eluescit, ut terminus salutis absque fundamento prædicationis in adultis ordinariè locum habere nequeat.

3. Argumentantur autem ex nostro dicto, 1. *Beneficia N. T. inscribenda sunt tabulis cordium nostrorum.* E. illud non fert mysteriorum divinorum scriptionem. Ratio conseq. quia hoc dicitur in oppositione ad V. Test. quod tabulis lapideis inscriptum, nec ut Novum totum spirituale fuit. Unde & discipuli N. T. ipsa epistola à Deo scripta dicuntur, 2. *Cor. 3.* 2. Alia igitur hujus, quam illius conditio sit, necessum est. 2. In N. T. nemo docebit alium, sed omnes erunt docti à Deo, secundum Prophetam nostrum, & Es. 54. 13. Job. 6. 45. E. ejus conditio non fert ministerii Ecclesiastici administrationem. Ratio est: quia haec in docendo alios consistit, quod sublatu, sine dubio ipsa tolletur.

4. Verum Resp. ad i. maj. limitando: Cujuscunque Test. beneficia inscribenda sunt tabulis cordium nostrorum, sc. immediata tantum & externe prædicationi opposita Dei inspiratione, illud non fert Scripturam, ceu divinitus ordinatum inscriptionis medium. Alias major negativa non constabit ex oppositis, cum scriptum esse in cordibus, & scriptum esse in tabulis, simpliciter non sint pugnantia, sed subalterna. Nam Legis moralis doctrina, cum naturaliter scripta esset in cordibus, tamen descripta fuit in tabulis. Sed, restricta sic majore, minor neganda est. Sribit enim Deus legem in corda nostra, & salvificam conversionis operationem perficit, ast non immediata inspiratione, (nam post editam N. Testamenti Scripturam nihil de ejusmodi Enthusiasmis expectandis nobis promisit.) multò minus per actionem externæ prædicationi verbi oppositam, licet illam, ut principalis agentis, distinctam, in applicatione videlicet voluntaria ad subjectum convertendum, minimè negemus: Sed per verbum suum prædicatum, auditum, scriptum, lectum, meditatum, & quoad se semper idem, licet modo percepientiua distinctum: hoc est unicè, quoad adultos, electum Dei organon, cui ex cœlesti ordinatione d'ivis, *Carminibus* semper competit, si vel maximè, ob affectatam subjecti repugnantiam, actualis gratia collatio non sequatur; sicut Lydiæ cordi aperto inscribebat Deus legem suam, sed mediante concione Paulinâ, *Act.* 16. 14. Probationem quod concernit, 1. *oppositio utriusque Testamenti*, in eo est posita, quod Vetus quidem præceperit obedientiam præstandam, sed vires illi præstandæ sufficienes non fuerit largitum: at N. T. doctrina fidem & bonam conscientiam in cordibus discipulorum suorum abundè efficit, *Conf. Affere.* V. m. 2. §. Et hic attendit. 2. Etsi doctrina N. T. tota spirituallis est quoad genus doctrinæ, quod supernaturale est; & quoad patefactionem, quæ est à Spiritu Dei; & quoad efficaciam, quæ est hominiis ad salutem informatio: tamen, *quantum ad ipsa doctrina enunciata & sententias*, non minus quam V. T. doctrinam, libris mandari potuisse, idque ex eventu re ipsa factum constat. Præstiterunt hoc Evangelistæ & Apostoli, idque singulari DEI confi-

confilio; ut non solum tunc, sed etiam perpetuis securis temporibus legi posset & cognosci. Unde passim etiam doctrina N. T. scripture dicitur, *Lui. 1. 3. Job. 20. 1. Phil. 3. 1. 2. Tim. 3. 15.* &c. Locum ad Corinthios quod attinet, nihil nobis adversum continet. Notandum autem 1. Corinthios dici *epistolam Pauli v. 2. & Christi, v. 3.* Hujus; quia doctrinam ejus attentis conceptam animis fideliter servabant: illius; quia ipsi vivarum instar commendatitiarum erant, testantes de fidelitate ejus, ut non opus haberet, more Pseudo-apostolorum, emendicare alias. Ita vocaverat Corinthios in 1. Epist. c. 9. 1. opus suum, quod scilicet commendare possit artificem; & sigillum Apostolatus sui, v. 2. quod fidem faciat industriae adhibita. Not: 2. dici eos ἐγγεγραμένοι in cordibus Pauli, & ἐγγεγραμμένοι simpliciter. Illo modo; quia tenerimo amore dilectos sibi auditores, epistolam suæ diligentiae adversus calumniatores interpretem optimam, completebatur, & memori sub corde tenebat, qualis ferè locutio est, *Eph. 49. 16.* Hoc modo; quia scripta erat, non per immediatum Dei afflatum, sed ministerio Pauli. Sic enim expressè sonant verba: Αγανωνθῆσσον υφ' ἡμῶν. Ut enim Αγανωνθῆσσον de eo dieunt Græci, qui perferenda suam commodat operam: ita Paulus, se per prædicationem & scriptionem utriusque epistolæ propriam studium suum impendisse ostendit, in spirituali exaratione hujus spiritualis epistolæ, non atramento factæ, ut commendatitiria (ad hanc enim, de qua proxime, magis quam ad legem referri patet) sed Spiritu Dei, in tabulis cordium carnis & a se emollitis per ministerium Spiritus sive N. T. efficaci, v. 3. 6. Conf. de hac *Prolego DAN. HEINSII Exerc. Sacr. libr. VIII. Cap. 2.* Ad 2. Resp. itidē limit. maj. In quoq; Testamento nemo docebit alium, sc. ullo modo, sed omnes erunt simpliciter *geo didacti immidiare*, ejus conditio non fert necessarij ministerij Ecclesiastici administrationem. Jam de minori dispiciendum, quam sufficientiunt ex nostro Prophetæ, non uno modō hic è Patribus & Interpp. antiquis explicato, quos videsis apud MICHAELM CHISLERIUM in *Comment.* Summa multorum foliorum huc re-

dit: Describitur h̄ic Novum Test. vel secundum summam in futura vita perfectionem, ubi opus ministerio Evangelico non erit, cum absoluta ibi cognitio nullius docturi sit indiga; illā enim acquisitā cessat doctrinæ ad eam via: vel secundum temporiam conditionem, idq; omnino melius, & magis congruē ad textum, cuius tām præcedentia, quām subsequentia verba ad statum præsentis seculi pertinent: rursus tamen tripliciter, 1. specialissimè quasi, de primis N. Test. fundatoribus, qui immediate fuerunt in omni cognitione, per scientiam supernaturaliter infusam, instructi à Christo, *Luc. 24.45.2.* Speciatim, de primis tantum Ecclesiæ primitivæ membris, quorum multi fuerunt in omnibus divites facti, in omni verbo & in omni scientia, 1. *Cor. 1.5.3.* Generatim de omnibus N. Test. Christianis, quo cumque tempore, sociis & fratribus spiritualibus in Ecclesia, seu familia spirituali, ubi tām illustris erit *Ιερωνύμος*, præsertim ad V. T. collata, ex clariore revelati Evangelii prædicatione, & uberiore Spiritus S. gratia elucescens, ut non docturi sint singuli proximum suum, non alia fidei mysteria, in quibus progressus faciant, sed me, post interiorementum per Spiritum S. reformationem, quantum ad salutem necessarium, cognoscere. Nec enim, quod probè observandum, in totum negatur officium docendi, nec de cognitione omnium posteriorum & articulorum fidei textus loquitur, sed *de notitia veri Dei*, non quidem nudè speculativa, sed affectuosa & practica, in sincero Dei timore consistente. Ea prōpter Jonathan Chaldæus ita *παραφεγγία* Prophetæ verba: *Sciote timere Dominum; quia omnes discent, ne sciant timorem mei: quæ in loco nostro habent: Non docebunt dīcendo: Cognoscite Dominum:* nam omnes ipsi, veri scilicet N. T. Christiani, cognoscent me in lucidissimo Evangelii splendore, ubique per terram propagata erit Ecclesia, à minimo ad maximum, & cujuscunque fuerint conditiones & ordinis, quia plena erit terra scientiæ Domini, sicut aquæ maris operientis, Es. 11.9. Conf. B. GERHARD. Part. 3. Harm. contin. c. 179. p. 1211. 1214. Ex *Job. 6.* à genere ad speciem alteram determinatè vitiōsè consideratur. Nec enim illi tantum docentur à Deo, qui ipsi revelatione

lationes divinas habent, sed etiam qui ex verbo ipsius manifesto mentem ac voluntatem divinam cognoscunt. Imò, posito de immediate doctis apud Esaiam, quem Joh. respicit, sermonem esse, dubium nullum est; ipsum præcipue tempora Christi respexisse: verè enim tūm omnes in Iudæa à Deo docebantur immediate, quia ab ipso filio Dei, & eo per quem mundus est conditus, erudiebantur. Nihil proinde aliud dicunt, quād quod epist. ad Hebr. 1. v. 1. innuit.

ASSESTITO VIII.

Remissio peccatorum non consistit in omnimoda eorum eradicatione, sed propitia Dei non-recordatione.

Ezayias.

1. Duo illustria Novi Test. beneficia hominis conversionem sequi, peccatorum puta remissionem, & annexam sanctificationem, Assertione V. m. 2. indicavimus ex propheta nostro & dicto Pauli, Act. 26. 18. ubi, vocationis suæ modum ad N. T. ministerium & officii capita recensens, semissum à JESU dicit, ut aperias oculos populorum, & convertas eos à tenebris ad lucem, & à potestate Satanae ad Deum, ut remissionem peccatorum & sortem inter sanctificatos accipiant, per fidem in Christum. Quō arctius autem illa duo cohærere ex Scripturis novimus, eō attentius utriq; suos ex iisdem statuamus limites, ne minus hic cauti, quod legis est, Evangelio; & quod Evangelii, legi, cum irreparabili orthodoxæ sententiae jactura, tribuamus, justitiam imputatam cum inhærente; reconciliationem hominis cum Deo, cum nostræ renovatione; causam cum effectu; subjectum cum adjuncto; rem signatam cum signo misericordie confundamus, imò alterum per alterum, Pontificiorum more, infelicissimè evertamus. Si enim, cum iis, posterius pro formalí justificationis nostræ accipiendo, neq; erit illud *et à nullo positum*, cum tamen consistat in totali omnium peccatorum remissione, totiusque obedientiae Chri-

Christi, omnibus numeris gradibusque perfectissimæ, ideoque *ἀναγένεται*, facta credentibus in instanti imputatione: neque per id remissio peccatorum præteriorum ullo modo exprimetur: utrumque contra ac purissimam Pauli & Prophetæ nostri tractationem. Non illud; quia sanctificatio vel renovatio nostri sit per gradus, ut videbitur *ex Aſſert. ult.* Non hoc: quia per sanctificationem non condonatur peccatum præteritum, sed fit, ut excludatur & caveatur futurum.

2. Sed hæc, in præsenti ex professo non discutienda, indigitā ſufficiat, ad lucem huic Assertioni foenerandā, pro cujus veritate ex loco nostro argumentamur: Quicquid confilit in propitia non-recordatione peccatorum, certo respectu manentium & te-
ctorum, illud non infert omnimodam eorum eradicationem. *Εὐδηλον!* Remissio peccatorum ita ſe habet. E. Min. prob. 1. ex nostro loco, ubi remiſſionem peccatorum, ceu cauſam & fun-
damentum reliquorum N. T. bonorum, describit certum eſt; &
tamen non niſi per non-recordationem & propitiū eſſe descri-
bitur, v. 34. 2. Peccata post remiſſionem certo respectu manent.
Quatuor enim ſunt in omni peccato: 1. *Actus peccati*, qui poſt-
quam ſemel contigit, non poſteſt non eſſe factus, nec, quan-
do peccatori remittitur, adhuc adeſt. 2. *Vitiositas ipsa*, & certaine
ad peccandum propensi, quæ in justificato omnino manet, cum
ſemper ſe adhuc pronum ſentiat ad peccati opera, ut conſtat
ex Rom. 7. 3. *Culpa seu offenſa Dei*. 4. *Reatus pena*, quæ certè duo per
remiſſionem & condonationem tolluntur, imò nec aliter tol-
li poſſunt, ut falſum ſit, quod vulgo in ſcholis Pontificiis audi-
tur, peccatum per condonationem externam auferri non poſſe.

3. Sed objicitur i. ex loco nostro: *Cuius rei non recordatur Deus, illa nullo modo amplius eſt*. E. peccata penitus eradicantur. Major pa-
tet, quia non poſteſt non Deus, quia Deus eſt, infinitè cognosce-
re omnia, &c., *ἀνθρώποις loquendo*, respectu rerum facta-
rum, recordari. Aut enim novit; & qui non recordabitur?
aut non novit; & quomodo omniscientia ejus non periclitabitur?

bitur? Idem de tectione judicandum, cum Deo nihil possit tegi, nisi penitus deleatur. Quare si Deo regitur aliquid, hoc ipso ex necessitate deletur & evanescit, inquit BELLARMIN. Lib. II de Justif. c. 9 §. porrò tegi. 2. ab absurdo ex nostra hypothesi: Si peccata justificatorum non tolluntur penitus in conspectu Dei omniscientis, *nunquam revera iusti sunt: nec 3. judicium Dei erit secundum veritatem, Rom. 2. 2.* eò quod in tectione illa pro peccato non habet, quod tamen peccatum, ipsum offendens, manet. Absurdum!

4. Verum Resp. ad 1. Dist. inter *to non recordari* simpliciter sumptum & certo respectu. Ut enim scientia Dei in terminazione ad objectum intelligibile sumitur vel præiudicata & pro actu intellectus, quo res apprehenduntur sine connotato ullo voluntatis actu, velut amoris, aut alterius alias, & sic est attributum Dei: vel *quasi complexa*, prout ea implicat vel approbationem rei scitæ, vel judiciale discretionem: ita etiam *to non recordari* accipiendum esse apparet, non obscurè fatente ESTIO in hunc locum. Alioquin enim, cum recordatio non tam præsentium sit, quam præteriorum, peccata ne quidem facta fuisse, aut remissa, dici possent. Si enim Deus, ob scientiæ suæ infinitatem (ut probatio vult) non potest non recordari peccati præsentis, quomodo poterit non-recordari præteriti, sine ejus imminutione? Conf. Job. 14.17. Non recordatur igitur & obliviscitur peccatorum nostrorum, *non à πλεω simpliciter*, ut nullam amplius eorum, post factam remissionem, scientiam visionis habeat: sed *ινεργητικες, efficietes*, quatenus pœnas peccatorum propter Christum justificatis non immittit, & quasi nunquam facta essent, in totali reatus oblatione, reputati: id quod ex analogia etiam nostræ remissionis, alteri in nos injurio factæ, declarari posset. Idem ad *tectiōnēm* accommodari posseliquet, quā remissio peccatorum notatur, Psal. 85. 3. Noh. 4. 5. Prov. 10. 12. Psal. 32. 1. Rom. 4. 7. quia pariter illa fieri dicitur, *non respectu divinae omnisciencie, sed vindictive iustitiae*. Et sic eam etiam explicat CUMIRAMUS, Tom. I: Concil. Contrap. 358. v. 289. Ad 2. Resp. maj. lim: Quorum peccata tantum teguntur, & non tolluntur sc. ulla ex parte, neque quoad actum, neque quoad reatum, nec in remissione, nec in renovatione, illi in

conspectu Dei omnituentis nunquam revera & perfectè justi sunt
ratione iustitiae inherentis, sed peccatores aliquā ratione manent. Ita
 limitatam concedentes, negamus min: Nam 1. dictum est m. 2.
 quod in remissione omnino tollatur peccatum quoad culpam &
 reatum pœnæ; maneat autem quoad vitiositatem & delinquendi
 propensionem, tenacissimè inhærentem in hac mortalitate, atte-
 ctam iustitiā Christi, eodem actu nobis imputatā, ne in pœnam Dei
 incurrat. 2. Deus etiam peccata abolet, semel in *iustificatione*, dum
 facit, ut simus ipsa iustitia, id est, perfectissimè justi, in Christo, 2. Cor.
 5. 21. quemadmodum ille nostri loco peccatum factus est. Pecca-
 tum enim verè, et si non merè, tollitur, cum à Deo, cui soli ultimè
 peccamus, condonatur: deinde in *sanctificatione*, dum pro animo,
 impietati dedito, pietatis & virtutis studiosum largitur Spiritus S. &
 per renatos, quamdiu tales sunt & manent, ductumq; ejus sequun-
 tur, peccati vires indies minuit, & repressa concupiscentiā sanctita-
 tem subinde perfectiore reddit. 3. Inde revera iusti sunt, licet
 non perfectè justi *ratione inherentis iustitiae*; quandoquidem, si quis,
 ad rigidam Legis censuram examinatis eorum operibus, de ipsis ju-
 dicium tulerit, peccatores dici merentur: extra verò illud tribunal
 iustitia bonæ conscientiæ ita ipsis tribuitur, ut, licet imperfecta sit,
 tamen *ab ea, seu priori, fiat denominatio*, & ob ejus prædominium
 homo renatus potius justus sit dicendus, quam injustus. Ad 3. Dist.
 ad maj. subintellec tam: aliud est ipsum peccatum, ut per se damnabile,
 non habere & affimare: aliud est, peccatum, alias in se damnabile, pro-
 peer intervenientem aliquam causam, ad damnationem pro culpa non im-
 putare. Sic, qui delet ex rationario suo debitorum multitudinem,
 quibus proximus, qui ex se solvendo non est, obstringitur, sane, is
 pro debito debitum estimat, & se revera, ob non-solutionem, pri-
 mò offensum statuit, ad pœnam vocaturus debitorem suum: ast, si
 quis alius pro ipso satisfacit, debitum illud proximo, non imputat,
 nec ad pœnas cogit: ita & Deus, ex mirabiliter paterna dispositione justa
 misericordia & misericordia iustitia in Novo Testamento.

ASSER.

ASSERTIO IX.

Peccatum in omni conversione cum tollatur secundum omne suum meritum, non manebit ad satisfactionem secundum temporale personæ conversæ supplicium.

1. Quanquam, ut alia est conversio prima, alia secunda, quoad subjectum convertendum: ita quoque remissio peccatorum alia prima sit, vel in Baptismo, ratione infantum, vel in primo ad gratiam accessu, ratione adultorum; alia secunda, quæ lapsorum postea est: non tamen aliæ atque aliæ sunt siue hujus, sive illius causæ. Unum quippe est & perpetuum de nostri in gratiam receptione Novum Testamentum, fœdus illud divinæ pacis, quod nunquam motum iri dicit miserator noster DOMINUS, Esa. 54. 10, una & perpetua Dei gratia in Christo, quæ renati, voluntariè dominium carni inhabitanti concedentes, excidunt, & ad quam serio pœnitentes denuo reverti possunt, Apoc. 2. 5, una itidem, ex parte nostra, conditio medii, gratia divinæ &, quod illa imputat, meriti Christi æternitas, nempe si dei, prater quam ad remissionem peccatorum, ratione essentiæ susceptatam, ex parte nostra nihil requiritur. Ideo, cum homo peccatis obnoxius & foedifragus sit, Deus per illam incredulitatem non patitur evacuari fidem suam, Rom. 3. 3, sed fidelis permanet, 2. Tim. 2. 13, ut, quandocunq; in homine pœnitente per gratiam Spiritus Sancti nō rejectam rursus impletur requisita conditio organi, non fiat alia nova cum Deo confederatio, sed ad priorem, in prima ejus ex statu iræ in statum gratiæ translatione factam, & quoad Deum semper ratam, regressio, quâ integrè in libertatem ab omni peccatorum merito restituitur.

2. Ethoc ipso destruitur segmentum discriminis, quod BELLARMINUS inter fœdus primæ nostri in gratiam receptionis & fœdus

pœnitentia lapsorum passim *in libris de Pœnit.* inculcat, *in illo potissimum scum,* inquiens Libr. IV. Cap. 14. §. Itaq; discrimin. quod in primo condonetur omnis culpa & pena, & proinde nulla sit necessaria satisfactio: in secundo condonetur culpa & pena æterna, remanente reatu pœna temporalis, pro qua satisfactio exigatur, sanguine Christi non tam plenè, non tam perfectè, non tam copioso, ut in illo, operante, l. c. §. neque vero. unde plena remissio, quoad omnem pœnam reatum, premium est bonorum operum, que satisfactoria dicti solent, c. seq. §. Utinam. Et hic est colossus ille, cui præcipua regni Papistici moles innititur, fatente VIGVERIO Instit. Thol. p. 495. Nos, suppositâ ubique N. foederis identitate, & remissionis peccatorum, ad omnem statum referendæ, (cum ESTIO, *in Epist. ad Hebr.* p. 987. §. Sed quia.) ita ex nostro loco concludimus: A quo peccato tollitur reatus, & cessat ira, ab eo tollitur omnis pœna propriæ dictæ & redimendæ supplicium. A peccato omnium conversorum tollitur reatus &c. E. Major prob. in pœna enim suppicio consideratur vel *immittendi aquitau;* quæ est ex reatu peccati seu dignitate odii: vel ipsa immisso, quæ est ex ira Dei, quam per contemptum voluntatis divinæ, verbo significata, in Deo ita offenso, peccator suscitat. Ulbi ergo nec reatus superest, nec ira, ipsa etiam pœna immittenda, ex iis orta, superesse nequit. Minor est nostri Prophetæ. Tollitur enim reatus per omnimodam non-recordationem: (*εἰ μὴ μνηθῶ τὸν*) ira Dei per id, quod propitius esse velit hominibus, in statu peccati regnantis antè positis. Adjunctum enim hic pro subjecto *μετρούμενος* ponit, quisque facile advertit.

3. Excipit BELLARMINUS, 1. non recordationem tollere tantum mortis semperna pœnam, non castigationem temporariam, Libr. IV. Cap. 15. §. Ad hoc. 2. non sequi majorem: Si à reatu liberamur, pœnam cessare oportet: multa sunt enim, quæ sine causis non orirentur, quæ tamen ora manu, causis pereuntibus. Ædificium sine ædificatore non fieret; quod si semel factum fuerit, manebit, licet continuo ædificator pereat, l. c. §. Denique. 3. Alii ex Michea 7. 8. ubi & ex ira Dei, & ob peccatum immitti pœnas piis appetit. E. propriæ dictæ erunt.

4. Sed

4. Sed Resp. ad 1. concedendo, castigationes temporarias piis post remissionem peccatorum plenissimam immitti: sed de his non quaritur, verum de pena personali propriè dicta, cuius luendæ debitum, juxta tenorem iustitiae divinæ quadanterus adhuc lœsa, remaneat, ut per bona opera nostra propriè satisfactoria redimi possit ac debeat: hanc per nostrum argumentum negamus. Et profectò, si quis omnem argumentorum struem, quam ex decem scripturæ exemplis, partim singularibus & extraordinariis, partim planè ēzayawis, componunt, accuratiùs intuetur, nihil videt aliud, quam castigationes vel afflictiones piis divinitus immisas ob eorum utilitatem, fatente BELLARM. l. c. §. Restè dicit. aliusque justissimè de causis. De necessaria illarum redēptione, per opera nostra satisfactoria præstanda, altissimum ibi silentium. Ad 2. Resp. Non everti majorem nostram, quæ pœnam redimendam, velut effectum, in fieri à culpa dependentem considerat: exceptio autem de effectu in esse absoluo, sc. qui jam factus est, agit, quem non statim negatā causā negari, exemplum ejus probat, à nostra causa ob id diversissimum. Supponit enim propositio illam communissimam: Sublatā causā, quoad esse cause, tollitur effectus, in esse effectus, seu in fieri, & vice versa. Ad 3. Resp. Major ita haberet: Quæ afflictio est ab ira Dei, est pœna propriè dicta: ubi disting. inter iram patris, suos utiliter castigantis, quæ semper est cum temperamento misericordiæ: & iram judicis, severè culpam vindicantis, ubi merus iustitiae rigor locum occupat. Concedimus eam de ira judiciali, omnem gratiam excludente; quia punire, propriè loquendo, irreconciliati judicis est, iustitiae rigorem stricte observantis: de ea vero minorem, quoad verè pœnitentia Ecclesiæ-Israëliticæ membra negamus. Tali'bus enim sacrificio mortis sua Christus Deum reconciliavit, & ex irato judge patrem amantissimum fecit, ait BELL. l. c. §. Resp. Si Christo. Quantum igitur discriben est inter severam judicis punitionem, & inter temperatam patris castigationem: tantum est quoque inter pœnas propriè & impropriè sumtas, quod nūnnullos ex adversariis largiri constat. Notanter autem

dictum est : quoad verè pænitentia Ecclesiæ Israëlitæ membra afflictionem Babyloniam propriè dictam pœnam non fuisse : quin enim respectu impiorum , illà etiam captivitate pressorum , talis fuerit , nemo dubitat . Eadem enim calamitates panicæ , ut contumacissimi hodie belli , & piis paternæ castigationis , & impiis severissimæ pœnae loco esse possunt : idem utrinque earum materiale , videlicet ægræ facientes carni cruciatus , unde propter horum communitatem appellations ipsæ non raro promiscue usurpantur : Eadem causa generali ægyptiæ , antegressum peccatum , scaturigo omnis passionis dolorosæ . Quò etiam Michaelas per suum illud & aliorum piorum æuθομαλογισμον^o quia peccavi : respicit ; & illud in se Deus perpetuo detestatur , & ad contestandum suum odium mala aliqua personis , paternè alias in Christo sibi dilectissimis , immittit : idem aliquarum generis finis : castigationes enim piorum , delictum in ægyptiorum profectum sequentes , æquè ad exemplum & cautelam aliorū impununtur . Sed maximum discrimen formale & respectus specialiores faciunt , quod in afflictionibus , respectu impiorum , est maledictio , in foro irati Dei judiciario , ab actu iustitiae vindictam ob peccata adhuc irremissa poscentis , profecta , & velut vestibulum æternum duraturi exitii , Deut. 29. 22. seqq. I. Petr. 4. 17. Piorum verò intuitu sunt castigatio medicinalis , ut loquuntur , illis ab actu paternæ Dei reconciliati providentia imposita , commutantis ita plagas , suâ naturâ malas , in benedictionem , Rom. 8. 28. cum lœta catastrophe , Mich. 7. 9. ut sint quoad audacia efficax pro veteri homine medicamentum ; quoad donacionem forte proprietarum virtutum & aliorum incitamentum ; quoad pauperem illustre Ecclesiæ ornamentum ; in universum ordinatum à Deo illustrandæ cœlestis gloriae instrumentum , Rom. 8. 17. 2. Cor. 4. 16. Hebr. 12. 5. I. Cor. 11. 32.

ASSER-

ASSERTIO X. & Ultima.

Inscriptio legis in corda renatorum infert quidem mentis nostræ ac voluntatis reformationem, non verò probat perfectam legis divinæ impletionem.

'Ez 37. nro.

I. Actum gratiæ N. Test. principem sequitur alter, qui est *legis divina in cor inscriptio*, virtute digitii Dei facta, cuius propria materia lex in interiori scripta, seu hujus cum lege conformitas, &c. ut exponit noster Propheta c. 32. 40. *timor Dei*, mentibus inditus, videlicet filialis, salutarem mentis illuminationem insequens, quæ quidem ratione primæ originis ad conversionem unicè pertinet: ratione usurpationis tamen & exercitii ad sanctificationem referenda. Et circa hanc materiam Lex versatur, 1. suâ præceptione, 2. per totam hominis conversi vitam directione, 3. imperfectionis moralis adhærentis detectione. Cujus enim obedientiæ, in imputatiæ justitiæ CHRISTI signum præstandæ, vires conversus habet ex Evangelio: ejus præceptionem & directionem habet in, & à lege divina, disparata alias ab illo doctrina, non tamen à Novo Testamento ita sequestrata, ut ejus discipulos, constitutos bonorum cœlestium hæredes, planè non attingat. Unde, sicuti conversio unicè est ex Evangelio, modo superius explicato: ita status liberior convertorum directorio voluntati divine in lege proposita subjecet, non quidem quoad obligationem poenæ, qui modus est exigendi obedientiam rigidissimus, homines minaciter, tanquam seruos, propter illius defectum ad damnationem deponens: nec quoad debitum omnibus partibus & gradibus perfectæ obedientiæ, ad merendam salutem à lege postulata, *Luc. 10. 28.* ita enim planè à lege liberi sunt, *Gal. 4. 5.* & ea taliter

ter eis ḡ κατὰ, 1. Tim. 1. 9. sed quoad justitiam bona conscientie, sequentis ordine naturae peccatorum remissionem, cuius respectu debitores dicuntur Spiritus, ut colligitur ex Rom. 8. 12. 13. summi illius fructuum suorum in nobis effectoris, cuius blandissimo ductu, ad demonstrandam suam fidem, cum promptitudine & delectatione, conversi operantur, & mente serviant legi divinae, Rom. 7. 25. ut ita nova renatorum obedientia, in hac vita inchoata, & per sua incrementa augenda, in altera vero plenè consummanda, & ad legem, & ad Evangelium, distinctissimis tamen respectibus, jamjam nonnihil notatis, pertineat. Multos & fœcundos adversus haec errores fovent Pontifici, quos inter non postremus est, quod justitiae inherentis imperfectiō nem verè ἀνομον non tantum negant, ac proinde perfectissimā legis impletionem in hac mortalitate statuunt: sed & coram strictissimo divinæ justitiae tribunali per illam obtineri salutem posse autumant pro prioris sententiae firmitate nostrum dictum allegantes, ut videre est apud ALPHONSUM SALMERONEM, cuius haec sunt formalia ex Disp. XVII. super Epist. ad Hebreos c. 8. Dígito (DEI) inscribitur lex in quolibet justificato; quod infideles heretici Lutherani intelligere nolentes, nec virtutem dígiti Dei considerantes, negant à nobis servari posse legem.

2. Nobis, cum ex dictamine veritatis aliter statuendum sit, pro Assertione nostra statuminanda in praesenti sufficiat hoc argumentum: Per quocunque immutatur homo à peccato ad imaginem DEI, sed in perpetua carnis & spiritus lucta, illud infert quidem intellectus & voluntatis reformationem, non vero mox probat legis perfectam impletionem. Per inscriptionem legis in corde illud fit. Ei Major, quoad prius membrum utrinque concessa, probatur quoad posterius, quia perfecta omnibus gradibus, omnibus partibus legis impletio (de hac enim disputamus,) similem à nobis obedientiam exigit, sine admixtione carnalis repugnantiae praestitam. Et hic est nervus argumenti Paulini, Rom. 7. 14. Quod videlicet lex spiritualis sit ex toto, & non nisi homines ex toto etiam spirituales (in quibus pla-

planè regnat Spiritus, sine lucta carnis superstitionis, qualis fuit Adam ante lapsum, & credentes futuri dicuntur in cœlis, I. Corinths. 15. 44.) sibiq; omnino conformes velit: ipse autem renatus carnalis adhuc (non quidem ex toto & quoad carnem prædominantem, quales describuntur Rom. 8. 5. seqq. sed) ex parte ob carnem, regnanti spiritui ferociter reluctantem, multa in se ἀγνοητῶν λέπασα videat, quæ illum à proposito integratitatis tramite vel invitum abstrahant, ut se legi plenissimè conformem dicere nequeat. Minor constat, quoad 1. quia per illam denotatur hominis justificati renovatio, quæ ipsa, vi vocis, vetustatis depositionem, & vicissim illius, quod antea destructum fuerat, restorationem, per particulam re, importat, in veteris Adami mortificatione, & novi hominis vivificatione gradatim factis consistens, quod clarè dicitur 2. Cor. 4. 16. οὐ ποτὲ ἄνθετος ἀνακαύσας οὐκέπει καὶ οὐκέπει. Quoad 2. quia unus & idem homo renatus in se, præter principium ζόντως, in circulo naturalium operationum manens, duo seu pugnantia actionum suarum principia sustinet; Spiritum, quæ renovatus: carnem, quæ veteris corruptionis reliquias, cum carnali concupiscentia, retinet, indeq; insignem benè operandi difficultatem & imperfectionem sentit, ut Paulus, ipse pugnæ in se illius plus viginti annos exercitæ descriptor, liquidissime pro nobis ostendit, ad Rom. exp. VII.

3. I. Salmeronis objectio ex ipsius verbis ita habebit: Quæcumque inscriptio sit virtute digiti Dei, illa probat perfectam legis divinæ impletionem. Inscriptio legis, apud Jeremiam, sit virtute digiti Dei. E. 2. Succenturiaturei BELLARMINUS operationes Spiritus Sancti, divini illius digitii & inherenterum justitiam perfectam existimans inde, quod tres cardinales virtutes, Fidem, Spem & Caritatem, perfectas hac in vita habere possimus Lib. II. de Justif. Cap. VII. S. Tertio. Probat de fide, ex I. Petr. 1. 6. Act. 8. 37. Rom. 4. 18. Hebr. 11. 33. I. Job. 5. 4. I. Petr. 5. 8. Eph. 6. 16. Hebr. 10. 22. de Spe, ex Hebr. 6. 19. De Caritate, I. Job. 2. 5. Eccl. 47. 10. Deut. 30. 6. Matth. 5. ult. I. Cor. 2. 6. Phil. 3. 15.

4. Sed Resp. adj. maj. negando. Sive enim inscriptio no-

tet DEI & projectam ab eo spiritualium virtutum donationem : sive ipsas donatas homini vires , neutro respectu perfecta legis impletio probabitur. Non illo : licet enim tunc sine omni peccato & inculpata sit, non tamen statim est completa, sed successivè peragi potest , secundum liberrimam donantis voluntatem. Cujus rei simile exemplum in prima creatione , & creaturis , à Deo non simul, sed spatio effectis , habemus. Non hoc : quia receptio divini influxus fit secundum modum receptivitatis in subjecto, per vires gratiæ post cooperante, cuius extrema corruptio , in altera demum vita planè abolenda, facit, ut novitati ipsius non tantum requiratur à lege perfectio desit, sed etiam malum morale adaceat, cum inhabitans adhuc hostis domesticus , peccatum , pessimorum semper motuum fax & tuba existat, Rom. 7. 21. 17 18 19. Si virtutem & potentiam Dei urget, reponimus scitum illud Theologicum : *Quid gratia in renatiss operetur, quomo^do & quo ordine, secundum ex verbo Dei est, non ex argumentationibus à possibili.* Suppetias Bellarmi, pro perfectione virtutum, profligaturi, resp. ad Min. negando. *De fide absolute summa*, ex allegatis ab ipso ne unum quidem est, quod perfectionem ejus doceat. *De sinceritate avvocatiorum* priora duo : de robore potissimum sex posteriora agunt, ut inspecturo patet, nec plus ex plerisq; ipse Bellarm: exculpere potuit loc. cit. concludens, §. Præterea. Aliud autem est sinceritas & robur fidei , quæ etiam cum minoribus actionum moralium gradibus consistere possunt : aliud absolute perfectio. *De Spei* itidem firmitate ad Hebr. agitur, in comparatione cum tuta & firma ancora, que in ipsa cœlorum adyta , mentione sanctuariorum significata , penetrat, & se divinis promissis firmet. Sed, quod ea respectu sperantis admittat gradus , & nunc firmior, nunc infirma sit, adeoq; imperfectione suâ laborete, hic non refutatur. Nec pro Caritatis perfectione quicquam affert solidi. *De roto corde diligere* in piorum elogii non statim est perfectè diligere, (quemadmodum in verbis divini mandati sumi-

sumitur,) sed simpliciter & absq; simulatione, cui opponitur, dupli corde aliquid agere, *Psal. 12. 3. Jas. 1. 8. Esa. 29. 13. 1. Par. 12. 33.* Idem potest dici ad locum ex *Deuteronomio*, qui insuper tantum est promissio, & apud *Mattheum* ad imitandum Deum exhortatio, à quibus ad certum eventum, cum ab homine impeditiri potest, ut hic potest, non est firma consequentia. Johannes dicit, quod caritas DEI πνεύματος, h. e. ipso opere adimpta & consummata est, cum non modò intra dentium septa nascitur, sed etiam mandata Dei sincerè servantur. Quod si omnino caritas perfecta dicenda est, respondebit SVAREZIUS, *Disp. X. Metaph. Sect. 1. num. 15.* Dicit talem apud Johannem quoad essentiam, et si alias remissa sit & imperfecta respectu intensa: unde, Caritatem tali modo perfectam esse, nihil aliud revera esse dicit, quam esse caritatem. Patet igitur, duplē dari perfectionem, 1. transeendentalem, quæ præcisè s̄istitur in indefectibilitate essentiae debitæ, quomodo etiam parva fides, parva spes, parva caritas, aliæque imperfectæ virtutes perfectæ sunt *Svarezio*; & hanc si propugnant ex loco Johannéo cum *Svarezio* Jesuita, contra nos nihil agunt, aut pro scipis. Disputatur enim 2. de perfectione *accidentali*, quæ est rei quoad omnes partes & gradus consummatio, sine omni imperfectione & admisitione contrarii: & hanc nostris in hac infirmitate, actionibus, cum scriptura, denegamus. Ad ultima duo loca, ubi Paulus se & alios πλέυσε vocat, *Resp. Téles* & *absolutè posicūm de eo dicitur*, qui *adultus* est, & ad virilem atatem pervenit, inquit *Scapula*; vel qui agendo nunquam intermittit & sic demum perficit. Tres enim ætatis renovatorum quasi status apud Paulum animadvertisimus, 1. *Puerilem*, statum adhuc valde imbecillum, *Eph. 4. 14.* 2. *Perfectissimum*, in quo se nondum constitutum dicit ipse Paulus, *Phil. 3. 12.* in beata demum vita futurum, 3. *Cor. 13. 10.* 3. *Medium*, adolescentiæ, firmum ad consummatam perfectionem progressum, *Eph. 4. 15. Heb. 6. 1.* Et in hoc versantes perfecti dicuntur comparatè; & in relatione termini, ad quem adspirant, quamcum cum magna adhuc imperfectione. Consentit CUMIRANUS, *Tom. III. Contrap. 62.* & alii ex

§2 DE TESTAMENTIS DIVINIS AD JEREMIAE XXXI. 31 seqq.

adversarii. Ultimam vocis πέλεθο significationem, quā τὸν πατέρα φόρον καὶ τὸν στόμον διάκονον, sive adhuc proficiētēm denotat, ex Philosophis etiam comprobatur DAN. HEINSIUS, in Exer. ad Novum Testamentum p. 553. edit. Cantabri. cuius p. 27. ad Matth. 5. v. ult. hæc sunt verba: *Mihē ne illi quidem satisfaciunt, qui in his & similibus locis perfectionis aut perfectorum voce usi sunt. Nihil in historicis sane praeter integratam notat: quam αὐτεραιόντα Theologi Grati dixerunt. Ne nunc dicam, ejus generis voces & interpretationes Catharos, Novatianos, aliosq; id genus omnes τὸν πατέρα φόρον, quos puritatis demens opinio afflavit, peperisse aut confirmasse.*

TANTUM EST.

ΕΠΙΜΕΤΡΟΝ ΠΡΑΞΙΔΙΣ.



T omnino laude digna est Clarissimi Dn. CASPARI pietas, qvâ Avum suum, meritis in Ecclesiam Scholamq; patriam celeberrimum, JO. BREVERUM, non immerito profeqvitur, dum repertam inter Paternas chartas, conscriptam ab ipso qvondam & sub præsidio magni, dum viveret, Theologi, JAC. MARTINI, in Acad. Wittebergensi defensam disputationem, exhibuitam eqvidem jam tum rerum Theologicarum eruditio- nem spirantem, eum in finem recudi curat, ut Avi de se qvoque optimè meriti memoriam eo pacto recolat & Academias simul

simul nostræ sum proficiendi in studio sacro ardorem, dum eandem iterum ad collationem doctorum publicam exponit, comprobet: ita ego, cuius nunc praesidium ipse imploravit, nihil aliud ago, quam ut ei de hac animi bonitate impensè gratuler, simulque uberrima scientiarum, ad publicam Ecclesie salutem tendentium, incrementa à DEO, omnis boni auctore, exceptem. Addo tamen explenda chartæ causâ quædam corollaria, sive argumentum in Disputatione pertractatum illustrantia, sive ex eodem ad hodiernum in controversiis usum deducta.

I.

De objecto ab absoluti decreti & particularismi patronis loco, Rom. IX. 18. miseretur DEus, qvorum vult & indurat, qves vult, recte quidem respondet Disputationis auctor, Aassert. IV. Iub finem: DEum & misereri, qvorum velit, & misereri omnium, Rom. XI. 32. Ut adeò neutrum alterum tollat & evertat. Si quis tamen illâ loquendi ratione: miseretur, qvorum vult, vulgo particularitatem exaudiri contendat, is distingvat inter gratiam Divinam ordinariam, de quâ Rom. XI. & extraordinariam, de quâ Rom. IX. Hæc utique particularis est. Id qvod ex paraphasi versus XVII. & XIX. clarius edocebitur. Quæ hæc est: qvod DEUS beneficia sua extraordinaria ex mero suo beneplacito, non verò ob hominum merita dispenset, ex Pharaonis exemplo patet, quem DEUS excitaverat, ut demonstraret in ipso virtutem & potentiam suam ad etiendum convertendum per plurima miracula, eum quidem in finem, ut gloria nominis ipsius hoc pacto prædicaretur in universâ terrâ: quo tamen beneficio eundem DEUS, quanquam præter intentionem suam, & per accidens induravit potius, quam ad bonum flexit. Adeò verum est, qvod DEUS extra ordinem misereatur, qvorum vult, (qvod antea exemplo Isaaci & Jacobi, qui multa extraordinaria à DEO beneficia acceperunt, ostensum est) & induret beneficiis suis extraordinariis, qvos vult, ut docuit exemplū Pharaonis. Itab. Jo. Winkelseru, in der kurzen Erklärung Rom. IX. p. 86. f.

G 3. Cod. 100. folio 53. II.

II.

Meritò ab hominis conversione, qvicqvid ullam cooperationis humanæ speciem habere potest, Auctor Assertione V. adeo sollicitè removet, ut & Synergistarum langividum & modicum & Majoristarum ~~oratio~~, & Rathmannianum lumen, ex quo conversio profluat, & Dreieri convertendi libertatem & hodiernorum Indifferentistarum Regungen und Treibungen des nach dem Fall überbliebenen Functus des Göttlichen Ebenbilds oder des natürlichen Lichts, welches ebener dritte Theil des Menschen über den Leib und Seel ist, etiam anteqvam horum deliriorum qvædam nata fuerant, rejiciat & condemnet.

III.

Rectius eadem Assertionem adjutorium Divinæ gratiæ seu cooperationem Divinam & gratiam adjuvantem conversis demum tribuit Auctor, qvam alii convertendis. Verè enim abusiva & errorem facilè generans locutio est, DEum cooperari ad hominis conversionem, aut auxilia ei gratiæ ad eandem præbere, (qvæ ex Papismo Pelagianizante nata est loqvendi ratio) cum & cooperatio & auxilium alterius ad eundem effectum concursum communī exaudiendi consuetudine inferat, homo autem nonnisi ad bona opera, conversione jam plenè effectâ, suā actione concurrat.

IV.

De Reformatis mollioribus, qui universalem qvandam Dei voluntatem, universale Christi meritum & universale Spiritus Sancti vocationem concedunt, rectè disputationis Auctor Assertione VI. quamquam minus procul, quam vel majores vel alii coartanei, ab orthodoxa veritatis limine abesse videri velint, nondum tam usquequaque accidunt. Et allegatis Conr. Bergii, Lutherano prorsus ore loquentis, verbis, subdit : Afferunt quidem bac, sed fermentata crambæ antiquæ de irresistibili erga paucos gratiæ potentia & motu ~~superflua~~, quem nec inviteare possint, si maximè velint, nec evitare, si maximè renugnent. Nec de hodiernis moderationibus aliter judicandum est. De Augustissimo Rego Prussiae D. Samuel Strimescu in Epistolâ Irenicâ : Augustum Regem nostrum improbasse utiq;

cathe-

eatbedrisq; Theologis & suggestibus sacris Particularismum penitus prohibuisse dissimulandum non est. Laudat magni Regis exemplum celeberrimi jam diu nominis Theologus, *Daniel Severinus Sculterius* in Discussione Universalismi Reformati, Anno MDCCIII. optatq; ut & in cæteris, qvæ universalitatem istam, ut *Brevius loquitur*, fermentatam, i. e. minus sinceram reddunt, ad nos accedant Universalistæ Reformati. Recenset dein longo ordine, qvas adhuc illi cum Particularistis foveant hypotheses, universalí DEI gratia è diametro adversas. E qvibus prima est gratiæ Divinæ irresistibilitas ; de qvâ Strimesius: mortalium nemo à malitiosa resistentiâ circa determinationem Divinam immutabilem desistit. Itemq; universi mortales in usu verbi Spiritui Sancto malitia è resistunt, u[er]g[ere] ad momentum IMMUTABILIS determinationis, per quam QVIDAM auditores indeclinabili modo redduntur eutatti. Hac ne est universalis eaq; seria & efficax DEI voluntas, qvæ QVOSDAM tantum ad conversionem determinat, sine qvâ tamē determinatione nemo à malitiosa resistentiâ desistere potest.

V.

Locus Jerem. XXXI. 34. & Epistola ad Hebreos IX. 11. longè difficillimus, Assertione VII. tractatus, omnibus propositum Interpretibus, antiquis, recentioribus, crucem fixit. Verba sunt : *nos docebunt ultra unuq; que proximum suum & unusquisq; frarem suum dicendo, cognoscite feboram: omnes enim cognosceni me à minimo eorum, ad maximū eorum, & peccati eorū non recordabor amplius.* Igitur, inq; vies, in N. T. cessabit ministerium Ecclesiasticum & erit quisq; à DEO ipso & unctione, nullā aliā informatione indigā, doctus ? Quid pro Fanaticis clarius dici poterat ? Adferemus nunc tantum ad Itucem loco conciliandam, præbendamq; accusationi circa eundem meditationi occasionem varias doctorum sententias. I. De incolis triumphantis Ecclesiæ sermonem esse, qvi ut alter alterum doceat, opus non habeant, afflunt Augustinus & Theodoretus. II. Non amplius laborio institutione in N. T. opus esse, sed summā facilitate cognitionem DEI impetrari posse, qvippe longè clarius reuatam, Theophylactus & Oecumenius. III. Cessaturam esse in N. T. o[n]erosam

nerosam legum ceremonialium & forensium, ad Christum
 ducentium, explicationem, quam vulgus à doctoribus suis re-
 quisiverit, & Evangelicam simplicitatem à molestâ illâ operâ
 liberam futuram esse, Hieronymus. IV. De solis hoc Aposto-
 lis dictum esse, quod institutione aliâ nisi ipsius DEI & Chri-
 sti opus habituri non sint, Thomas Aquinas. V. Per cogni-
 tionem intelligi amorem, qui in primis Christianis tantopere
 flagrabat, ut excitatione opus non haberet, Franc. Ribera.
 VI. Non amplius ex Judæis tantum unum alterumq; docturum
 esse in N. T. ut in Veteri, sed omnes sine discrimine notitiam
 rerum sacrarum, dummodo non resistant, habituros, Judæ-
 os pariter & Græcos, Dorscheus. VII. Non humanâ infor-
 matione, ut lex in V. T. quippenaturâ nota, sed Divinâ ex ver-
 bo Evangelico DEum cognituros esse Novi T. fideles, Calo-
 vius. IIX. Non tam austerâ rigidâquead cognoscendum DE-
 um impulsione Christianos N. T. acdorum Judæorum popu-
 lum in V. T. opus habituros, sed promptissimo animo DEI no-
 titiam hausturos esse, Luc. Osiander. IX. In V. T. desiderâf-
 se Judæos perfectiorem de Christo & mysteriis fidei notitiam,
 in N. T. hoc desiderium in effectum deductum esse, Heideg-
 gerus. X. Notitiam remissionis peccatorum in N. T. promitti,
 quam ignoraverit lex Veteris T. Hülsemannus. XI. Desitaram
 esse in N. T. visionem & Prophetiâ, & successuram esse obsigna-
 to canone perfectam DEI notitiam, Petrus van Hocke. XII.
 Non opus habituros esse Novi T. cives externâ illâ disciplinâ,
 quâ deducerentur ad ritus & ceremonias omnes ritè addiscen-
 das & sic ad exeqvendam conditionem Veteri T. annexam, sed
 in gratiam Evangelicam receptos spiritum amoris Domini acce-
 pisse, quo sponte, etiam sine institutione alienâ ad obseqvium
 DEo præstandum ferantur, Schomerus. XIII. In V. T. Israëli-
 tam tantum Israëlitam, fratrem suum, docuisse, in N. T. quem-
 ibet alterum informaturum esse, Prücknerus. XIV. Non do-
 cebam in N. T. amplius esse legem, perfectè sub comminatio-
 ne ærna maledictionis servandam, sed in cognitione fidei,
 per quam Novi T. cives justificandi & salvandi sint, novum
 fœdus acqvieturum esse, Seb. Schmidius.



Ic Tu CASPARI constanter & alite fausta
Progredere, incæptū operis decurre labore;
Præmia latus non ære incisa notisque,
Qualia tempus edax lento consumere tractu
Sœpè solet vel livor iners aut turbida belli
Tempestas: sed quæ vires acquirit ab ævo,
Fama comes magnorum operum decus addita celsis
Mentibus ac studiis; Tibi primum Patria virtus
Stravit iter facilesque vias ad culmina laudum,
Ingeniique vigor supereft & honesta cupido.
Aude igitur magnum & quod postera secla loquantur,
Æternum meditare decus, verumque laborem
Suscipe, lata patet præstantibus area cœptis.
Aggregare viam & quo Te rapit ærrula Tanti
Res Patris ac prædulcis honos contendere secundis
Omnibus, nostroque novum jubar adde Lyceo.

Ita

Nobil. Dn. Respondenti, Commensali suavissimo, de
novo eruditio[n]is [pec]cimine gratulatur

JOH. ERN. SCHAPERUS, Acad. p.t. Rector.

Nobilissime, Florentissime ac Clarissime DN. CASPARI,
Fautor ac Amice etiamatissime!

Nemo est, qui non laudabilissimos illos tuos conatus sum-
mis evehat laudibus, dum ex scriniis tuis doctissimis do-
ctissimos Celebriorum Majorum Tuorum labores publice
nobis sistis. Vix annus elapsus est, quo B. Tui Parentis, Theo-
logi qvondam Consummatissimi, elegantissimum de Studiis
Academicis publicabas tractatum. Nunc & Beati tui avi, Bre-
veri, Theologi non minori laude digni, deque Ecclesia Rigen-
si longe meritissimi, publice qvondam ventilatum laborem
denuo recusum publicæ ventilationi Academicæ sistis. Inser-
vis ita toti Orbiliterario, inservis beatis Majorum manibus &
Tibi inservis. Orbi literario inqvam, communicando ea, ex
qvibus nonnisi summa in eum redundat utilitas. Beatis Ma-

H

orum

orum manibus, gloriam eorundem, nominisq; famam in Ecclesiâ non sine insigni pietate tuâ renovando: Ettibi ipsi, tot laudabilissima tibi repræsentando vestigia, qvæ intuendo æqvis eruditioñis passibus legas. Quemadmodum & reapse qvam felicissime legis, uti telantur omnes, qvorum ad pedes in hâc ipsâ Academiâ nostrâ sedes. Cujus tui ardoris & ego sum testis, qvi in Collegiis variis & publicis supra Theologiam Moralem & privatis Theticis, Polemicis, Biblicis, Disputationiis, aliisque, ut & privatissimis Homileticis plane diligenterissimum te habui, & adhuc qvotidie habeo auditorem. Sic pergas Clarissime DN. CASPARI & ad ardorem & ad gloriam Celeberrimorum Tuorum Majorum adspirare, ut hâc indies in Te & per Te reflorefcat. Ego interea de omni bono, quod Æternum illud Numen tam largiter in Te contulit, animitus Tibi gratulor, uberioremque Tibi Spiritus S. appreco gratiam, qvo sic succedant ex voto omnia qvam felicissime. Vale, faveq;

Dabam Roslochii d. 23.
Septembr. Ann. 1705.

Clarissimi CASPARIANI Nominis
Cultori ingenuo

Z. GRATIO, D.

M Agnis orte Viris BREVERII nepos,
Noster dulcis amor, CASPARIDUM jubar,
Defunctique refers pectore qui Patris
Virtutes opera ac decus.

Temet cernere fidus Roleum licet:
Te gentilis honos & proprius vigor
Ad suprema vocant culmina gloriae.
Non Te sors humili manet.

Quo Te cunque rapit nobilis impetus
Et formata bonis artibus indeoles;
Laudum plenus ovas, tempora conterens
Haud ignobili in otio.
Nunc cœlestis amor curaque gloriae
Flagrans exacuit pectus ut uida
Christi parra colas, Præside FECHTIO
Publiceque redintegres.

Ad-

Adsum vota Tibi. Tu modo quo viam
Monstrat fama favens & decus & genus
Felici augurio nitere fervidus.
Quicquid Arndia vis valet
Id totum auspiciis devoveo Tuis
O præstans Juvenis. Sic mihi sic Tibi
Salvus FECHTIADES vivat & inclytum
Nomen per solidos ferat.

In monumentum amoris erga Nobiliss. ac Clarè doctiss.
Dn. Respondentem, Amicum honoratissimum, avitam
de Testamento doctrinam feliciter revolventem, odam
hanc gratulatoriam submettere voluit

CAROLUS ARNDIUS, Prof. Publ.

Ad Nobilissimum atq; Clarissimum
DN. GEORG. CASPARI, Riga-Livonum,
S. S. Theol. & Philol. Consecraneum solertissimum, Consimilitonem
meum diligenterissimum pariter atq; amicissimum.

Quæ hæreditario jure à Parentibus ad liberos transeunt corporalia bona, quamvis
divinum habent donum mereantur, longè tamen iis excellentiores æstimentur
op̄oret, si q̄vae ab illis ad hos propagatae fuerint, animi virtutes. Nullius eq̄videm
judicij hominem crediderim, q̄vi q̄aecunque avorum merita posteris corummet sine
discrimine glorie ducenda esse sibi persuaserit; veruntamen ubi optimè meritorum
parentum non insūste tantum vestigia filii constanter, sed summa q̄uoque cum te-
nacitate in iisdem pergunt, tantum certè allegantur honoris, quo majus nihil est.
At quisquis avitus unicè ex meritis satis sibi parari laudis putat, ipse nil laude dignum
præstans, tantum abest ut honoribus mactandus sit, ut culpandus potius eò magis
veniat atq; viceperandus. Eq̄vis om̄im negare ausit, ut virtutibus dignum, ita faci-
norum turpitudine indignum se suis Majoribus reddere quenquam posse? Q̄i ergo
filius suorum ad se redundare parentum merita vult, corum om̄inò imitetur virtutes,
necessit̄ est, idq; maximum ipsi glorio non sphenendæ argumentum erit, Opti-
mè proinde Tu haec tenus fecisti, Amice æstumatisime! q̄i & Parentis & Avi tuorum,
Tāv vñ īr à yōie, exempla quotidie ob' oculos Tibi versari voluisti. Viri fuere
illi non exiguum in Ecclesiam pariter & Rempublicam literariam meritorum, quo-
rum q̄oescunque inter bonos parentura memoria est. Sed ab eis natum esse nun-
quam satis tibi habuisti, q̄vin om̄ni semper annus operā sis, ut tantis Parentibus Te
dignum filium demonstrates eosq; imitando aliis, q̄od imitarentur, exemplum.
Unanimi id, scio, fatebuntur consensu, q̄otq; Te norunt, omnes. Et q̄i aliter po-
terunt? Vident namq; animum tuum intentum in eo unicè ac fixum esse, ut citato

curſu ad ſolidæ eruditio[n]is culmen adſeendere properes. Idecirco nihil negligiſ co-
rum, q[ua]z magis magisq[ue] exultum red lete ingenium tuum poſſunt, q[ua]z cuncta
tanū cum aviditate atripiſ, ut inexhausta tua ſcienſi cupidio vix unq[ua]m ſatiari
poſſe videatur. Non dubito, q[ui]n & alii idem in Te animadvertant, q[uo]d quotidie
ſernere mihi licet. Poſtq[ua]m enim Te privatissimā meā in Philosophicis i[n]ſtitutio-
ni concrediſti, ſingulis ſine interruptione ſeptimanā diebus Te & proposita attenē
auſcultantem confiſcio & ad interrogata promptē respondentem audīo. Cumq[ue] ſie
cum Theologiā Philosophia conjungit ſtudium, q[ui]d promittere à Te aliud no-
biſ poſſimus, q[ua]m q[uo]d hac incedens viā in interiora Scientiarum uſque penetra-
turū ſis? Fae modo, ut cepiſti, pergas; revivſeſt in Te BREVERUS atq[ue] DA-
VID ille CASPARI, q[uo]rum apud posteros memoriam conſervare laudabilissimo
ſanē i[n]ſtituto amitteris. Edito enim haud pridem ē i[n]ſcr. B. Parentis tui ſolidiſſi-
mo de futuri Theologi ſtudiorū Philologicis & Philosophicis Tractatu, jam nunc &
de Avi manib[us] bene mereti ſtudes, non indignum Te tanto Viro nepotem exhibi-
biturus. Cujus ante annos LIII, in illuſtri ad Albīn Academiā conſcriptam & B. Ja-
cobo Martini Præſide habitam De Testamēti Diviſiā Diſſertationem iterum
nunc à Te defendendam recudi eum feciſti, facile p[re]video, qui, q[uo]d in hoc tuo
proposito taxent, ſe reperiſſe ſibi perſuadent, futuros non paucos eſſe. Verum enim
vero dum reſte rem hanc mecum reputo, talem eam inuenio, q[ua]m improbare non
po[te]ſt, niſi qui, Parentum eruditos labores à filiis preſtiosiſimi thefauri loco haben-
doſeſſe, iuuenit iuſticias. Noli proinde permittere, ut ab o[ro]q[ue]m ab hoc tuo deter-
reare i[n]ſtituto, q[ui]n ſirmiter potius in eodem perſiſtas, & non iuſtina, auguror,
apud rerum peritos laudem mereberis. Ad q[uo]d non minus ac reliqua ſtudia tua
eccl[esi]eſtib[us] benedictionem appetor uocego. Ita Vale, CASPARI Amicissime!
remet tuam ex uoto age. Scr. Rostoch. d. 3. Octobr. Anno Sal. 1705.

Tuus

ad quavis officias paratissimus
FRANC. ALB. AEPINUS.

Ergo non deerunt Te noſtre effere Camoneæ,
CASPARI gentis gloria magna Tua,
Quid pietatis honos & q[ui]d cura improba poſſit,
Exemplō prodī, ſlavis amice, Tuō.
Namq[ue] in Te gl[ori]ſit ſtudiorum PATRIUS ardor,
Et virtus magni vivida ſpirat AVI,
Nunc hodiē ſpecimen doctum anteriore peractura
Instaura anno pulpita docta tenens.
Rite tuos coepimus laudamus, na[n]q[ue] tuorum
Majorum nomen, q[uo]d revireſcat, agis,
P[ro] ſtudii olim tantis Te fama manebit,
Si q[uo]d coepisti, ſic pede ſemper eas.

Na[n]b[us] Nobilissimo & Praetare doto Domino Respondens
GEORGIO CASPARI
ex intimo p[er]fatore gratulari volu[n]tē
COMMENSALES SCHAPERIANI.

00 A 6321




3

Sl.

Fl. 82

102



B.I.G.



JOHANNIS BREVERI,¹⁷
ISLEBIENSIS,
SS.Theol. & Phil. Doctoris, in Gymnasio Rig. quondam Eloq.
& Histor. P.P. & Scholæ Cathedral. Inspectoris, ac postea S.S.Theol.
Prof. Primarii, & demum Regii Ecclesiarum Rigenium Su-
perintendentis & Petrinæ Pastoris, Consistorii
Assessoris Primarii,

B. M.
DISSERTATIO THEOLOGICA
DE
TESTAMENTIS
DIVINIS,
ad illustrandum Oraculum Propheeticum Jeremie XXXI. v. 31. seqq.
quam
DEO FELICITER ADJUVANTE
et consensu Venerandæ Facultatis Theologicæ Rostochiensis,
PRÆSIDE
SUMME REVERENDO, AMPLISSIMO atque EXCELLENTISSIMO,
DN. JOANNE FECHTIO,
S.S.Theol. Doct. & Prof. Publico longè Celebratissimo, Consistorii
Ducalis Assessore Gravissimo, Districtus Rostoch. Superintendente
Vigilantissimo, Facult. Thol. Seniore & h. t. Decano maxime Spectabili
Patrone, Precepore, Hospite, ac in Christo Patre suo omni obsequio
ac pietate colendo,
in ACADEMIA, que est ad Varnum, perantiqa
ad diem XIV. Novembr. anno MDCCY.
horis consuetis
IN AUDITORIO THEOLOGORUM MAXIMO
repetita vice
publico Eruditorum examini submitit
GEORGIUS CASPARI, riga. livonus,
BREVERI Nepos.
ROSTOCHII, Typis NICOLAI SCHWIRGERI. Anno S.